Premos lá lucis exigua vidit. Qui tantus
obstupescēti miraculū: vir dei p ordines:
que fuerāt gesta: narravit: Statimq̄ icas
sinus castrum religioso viro. Neoprobō
mandauit ut ad capuanā urbē sub eadem
nocte trāmitteret qd de Hermano epi-
scopo agere: agnosceret: qd indicaret. Fa-
ctus est: et reuerendissimū virū Hermanū
Episcopū: qui missus fuerat: qd defun-
ctum repperit et requirēs subtiliter agno-
uit: eodē momento fuisse illius obitū: quo
vir dñi eius agnouit ascensum.

Petrus.

Mira res valde et vehementer stupē-
da. Sed hoc qd dictū est: qd ante
oculos ipsius quasistibz uno solis
radio collectus: omnis mundus adductus
est: sicut nūq̄ expertus sum ita nec con-
ticeret scio: quo ordine fieri potest ut mun-
dis omnia ab homine uno videatur.

Gregorius.

Exum tene petre qd loquor quia
aīe videnti creatorez: angusta est
omnis creatura. Qualibet etenim
parū de luce creatoris aperierit: breue ei-
st omne qd creari est: qd ipsa luce visiois
intime metis laxat sinus. tantūq̄ expādi-
tur in deo ut superior existat mundo. Sit
vero ipsa vidēta aīa etiā super semetip-
sam: cōcō in dei lumine rapit: super se i in-
terioribus ampliat: et dū sub se cōspicit ex
altara: cōprehendit qd breue sit: qd cōpre-
hendere humiliata nō poterat. Vir ergo
qui intueri globū igneū angelos quoq̄
ad celū redeentes videbat bec proculdus

bio cernere nō nisi in dei lumine poterat.
Quid itaq̄ mirū: si mundū ante se colle-
cti vidit: qui sublepatus in metis lumine
extra mundū fuit. Autē collectus mun-
dus ante eius oculos dicimō celū et ter-
ra cōtracta est: sed vidētis anima dilata-
tus. Nūo in deo raptus: videre sine diffi-
cultate potuit omne: qd infra deū est. In
illa ergo luce que exterioribus oculis ful-
lit: lux interior in mete fuit: que videntis
animū: qd ad superiora raptū: ei qd angu-
sta essent oīa inferiora: monstrauit.

De eo qd regulā monachorū
scripsit. **L**ap. XXXVII.

Petrus.

A Ideo mibi vūlter nō intellexi:
vī: que dixeras: quādo ex tardita-
te mea tantū crevit expositio tua.
Sed qd hec liquide meis sensibz infudisti
queso ut ad narrationis ordine redeas.

Gregorius.

Liber petre adhuc de hoc venerabili patre multa narrare: sed quē-
dam eius studiose pretere. Qd
ad aliorū gesta volūēdo festino. Hoc aut
nolo: te lateat qd vir dei inter tota miracu-
la: quibz in mundo claruit: doctrine quo
qd verbo nō mediocriter fulsit. Nam scrip-
tit monachorū regulā discretionē recipiu-
am: sermone luculentā. Cui si quis velt
subtilius mores vitaq̄ cognoscere: pōt i
eadē institutione regule oīs magisteriū il-
lius actus inuenire: quia sanctus vir nul-
lo modo potuit aliter docere qd vixit.

**De prophetia sui exitus fra-
tribz nūciata.** **L**ap. XXXVIII.

Eodem vero anno quo de hac
vita erat exituruer: quibus dā bī
scipulis secūtū cōversantibus: qd
bulidā lōge manētibz sanctis
fimi sul obitus denūciavit dñs: presentibz
indicēs ut auditā p silentia tegērēt: ab sen-
tibus indicās: qd vel quale eis signū fies-
ret: quādo elus aīa de corpe exiret. Ante
sextū vero sui exitus dīc aperire sibi sepul-

tura lubet. Qui mox correptus febribus scripcepit ardore fatigari. Tunc q̄ dies sin gulos laguor ingrauesceret: sexta die por tare se in oratoriū a discipulis fecit. Ibi q̄ exītū suū dñicī corporis t sanguinis p̄ceptione muniuit. atq̄ inter discipulouz manus imbecillia mēbra sustentāt: erectis in celū manib⁹ sterit t ultimū spiritu inter verba oratiōis efflauit. Quia sc̄z die duob⁹ de eo fratrib⁹: vni in cella comorāti: alteri autē lōgius posito reuelatio vni⁹ atq̄ indissimilis visionis appnuit. Vides rūt nāq̄ q̄ strata pallus atq̄ innumeris chorusea lampadib⁹ via recto orētis tra mite ab eius' cella in celū vſq; tendebat. Qui venerādo habitu vir delug clar⁹ assi stens: cuius esset via: quā cernerēt inqui stuit. Illi autē se nescire p̄fessi sunt. Qui bus ipse ait: hec est via qua dilectus dñs celū Benedic⁹ ascēdit. Tūc itaq; sancti viri obitum sicut presentes discipuli vide runt. ita absentes hoc signo: qd̄ eis predi cū fuerat: agnouerūt. Sepultus vero est in oratorio beati Johānis ba ptiste: qd̄ de stricta ara Apollinis ipse cōstruxit qui t in ea speci in qua prius habitauit nūc usq; si petentiā fides exigat: miraculis cho rulcat.

Dūper nāq̄ est res gesta: quā nar ro. Quedam mulier mēte capta dū sensum fundit⁹ pdidisse: per mōtes t valles: silvas t capos: die noctu q̄ vagabat. ibiq; tantummodo quiescebat: vbi hāc q̄escere lassitudo coegisset. Qua dam vero die vñz vaga nūmū ferraret: ad beati viri benedicti specus deuenit. ibi los nesciēs ingressa mārit. Mane autē facta tra sanato sensu egressa est: ac si eā nunq̄ insania capitū villa tenuisset: que om̄i v̄ te, sue tēpore in eadē: quam accepit salute permanit.

Petrus.

Sed nam esse dicimus: q̄ plerūq; in ipsiō quoq; patrocinis sic es se sentim⁹ ve nō tanq; p̄ corpora sua: quāta beneficia p̄ reliquias ostendat atq; illic maiora signa faciūt: vbi minime

per semetipos sacent.

Gregorius.

De insana muliere in ei⁹ spe cu sanata. Cap. XXXIX.

Gui in suis corpib⁹ sancti mar tyres iacent: dubiū v̄tre nō est: q̄ multa valeant ligna de monstrare: sicut t faciunt t pura mente queretibus inumerā miracula ōndunt. Sed q̄ ab infirmis potest mētibus dubitari: v̄trū ne ad exaudiendum ibi pre sentes sint: vbi constat quia in suis corpib⁹ bus non sint: ibi necesse est eos maiora s̄gna ostendere: vbi de eorū presentia potest mens infirma dubitare. Quoꝝ vero mēs in deo fixa est: tāto maius habet fidēi me ritū: quāto illic eos nouit t nō lacere cor pote t tamē nō deesse ab exauditione. Ende ipsa quoq; veritas: vi fidē discipu lis augeret: dixit. Si ego nō abiero: para clitus non veniet ad vos. Cū enim p̄met quia paraclitus spiritus a patre semper pro cedat t filio: cur se filius recessurum dicis ut ille veniat: qui a filio nāq̄ recedit. Sz quia discipuli in carne dñi cernētes: cor p̄ozoreis hunc oculis semper videre stites bāt: recte eis dicitur. Alsi ego abiero: pa raclitus nō veniet: ac si aperte diceretur. Si corpus nō substrahos: quis sit amor spi ritus: nō ostendo: t nisi me desierit: car naliter cernere: nunq̄ me discetis spūalle ter amare.

Petrus.

Lacet quod dicas:

Gregorius.

Piquantū iam a locutione cesa sanū est: vt si ad aliorū m̄racula narranda tendimus. los quendi vires interim per silentium repemus.

Explícit Liber secund⁹ dia logorum beati Gregorij.

d 4

Beati

Gregorij

pape

Beati Gregorij pape Dialo-
gorū liber tertius: de vita & mi-
raculis aliorū patrum: feliciter
incipit.

De sancto Paulino Holane
civitatis Epo. **L**ap. I.

On vicinis valde partibus
intendō: maiorum facta relique
rā: ita ut Paulini miraculū
Holane vrbis ep̄i: qui mul-
tos quoꝝ memini virtute et
tempe precessit: memorie defuisse videaſ
Est ad priora nūc redeo: eaqꝝ quāta va-
leo: breuitate perstringo. Sicut enī bono
rū facta innotescere cūtius similiꝝ folēt:
senioribꝝ nostris per iustoz exempla gra-
dientibus p̄dicti venerabilis viri celebre
nomen innotuit: elusqꝝ opus admirabile
ad eoz se instruenda studia tecēdit: quoꝝ
me necesse fuit grauitati tā certe credere:
ac si ea que diceret meis oculis vidissim.

On seuentiuꝝ Bandaloꝝ tempe
fuisset irata in cāpanie partibus
depopulata: multiqꝝ esset de hac
terra in africā regione traducti: vir dñi
Paulinus cūcta que ad episcopi visuꝝ ha-
bere potuit: captiuis indigētibusqꝝ largi-
tus est. Cūqꝝ iam nihil oīmodo superesset
quod petētibus dare pouisset. Quodā
die quedā vidua aduenit: que a regis bā-
daloz genero suū filiuꝝ in captiuitate fuis-
se ductum perhibuit: atqꝝ a viro dei eius
precii postulauit: si forte illius dñs: hoc
dignaret accipere: et hūc cōcederet ad p̄-
pria remeare. Sed vir dei magnō: pe-
teti feminine: quid dare pouuisse: inquirēs:
nihil apud se aliud: nisi se inueniunt: peten-
tiqꝝ feminine respōdit dicens: Dulier quid
possim dare: non habeo: sed memetipm
tolle. Seruū me iuris tui p̄fitere: atqꝝ vt
filiuꝝ tuuꝝ recipias: me vice illius in seru-
tiā trade. Et illa ex ore tanti viri audi-
ens: iuris potius creditit & cōpassio-
nē. At ille ut erat vir eloquētissimus: at-
qꝝ apprime exterioribꝝ quoꝝ studijs cru-

ditus: dubitātī semine cūtius persuasit: vt
audita crederet: et p̄o receptōe filiū sc̄ in
seruitū ēp̄m tradere nō dubitaret. H̄es
rexere iglē vtriḡ ad africā. Procedente
autē regis genero: qui eius filiū habebat
rogatura se obtulit ac p̄tius petiit vt ei fi-
liū donare debuisset. Qd̄ cū vir barbarꝝ
typo superbie turgidus: gaudio transito-
rie p̄spuritatis inflatus: non solū facere:
sed etiā audiē despiceret: vidua subiūcit
dicens: Ecce hūc hominē p̄ eo vicariū
prebeo: t̄ solūmodo pleratē in me exhibe
mihiqꝝ vnicū filiū redde. Cū ille venisti
vultus hominē cōspexisset: quā artē nos-
ser: inquisiuit. Lui vir dei Paulinus re-
spondit dicens: Artē quidē allūqꝝ neliōz
sed horū bene excolare s̄cio. Qd̄ vir gen-
tīlis valde libēter acceptit: cū in nurrien-
dis oleribus: quia peritus esset: audiuit.
Suscepit itaqꝝ seruū: et rogāt̄ vidue red-
didiit filiū. Quo accepto dūtua ab africā
na'regione dūcessit: Paulinus vero exco-
lēdī horū suscepit curā. Cūqꝝ idē regis
gener cōbrazo īgredere hortū: suūqꝝ horū
lanū requireret: sapientē valde esse homi-
nē videret: amicos cepit familiares des-
tere: t̄ sepius cū suo hortulano colloquit:
atqꝝ eius sermōnibus delecerat. Lui pau-
linus quotidie ad mēsam olera vīrētesqꝝ
herbas deferre cōsuerat: t̄ accepto pa-
ne ad cursū horū remeare. Cūqꝝ hoc diut-
rere: quādā die suo domino secū ſe-
cretus loquēt̄ atri. Vide quid agas. Et
Bandaloꝝ regni qualiter disponi debet
at prouide: quia regētius ſub omni cele-
ritate est moriturus. At ille audiebat: qz
ab eodē rege p̄e ceteris diligebat: ei mi-
nimū racuit. Sed qd̄ a suo hortulano fa-
piente ſez viro agnouisset: id dicauit. Qd̄
dū rex audissem: illico respōdit. Ego velle
hūc de quo loqueris: hoīem videre. Cū
gener eius venerabilis Paulinus tempa-
lis dñs respondit dicens: Alirentes her-
bas mihi ad prandium deferre cōsuerit.
Has itaqꝝ ad mensam eū deportare facio
et quis sit qui mihi hec est locutus: agno-
scas. Factūqꝝ est t̄ duz rex ad prandū dī-

Bialogorum

liber III

scabuit: **P**aulin⁹ ex suo opere olera que
et virentia delaturus aduenit. **C**ungs
hunc rex subito cōspexisset: intremuit at-
que accersito eius domino sibi p̄r filia pro-
pinquo ei secretū: quod prius abscondērat
indicauit dicens: **A**erū est: quod audisti.
Nam nocte hac in somnio sedētēs in tri-
bunalibus contra me iudices vidi: inter
quos iste etiā sedebat: et flagellū quod alti
quando accepērāt: eoru⁹ mibi iudicio tolle-
batur: sed percuteretur: quis nam sit. **N**am
ego hūc tanti meriti virū p̄fūlarē: ut co-
spicitur nō esse suspicor. **T**unc regis ge-
ner secreto **P**aulin⁹ tulit: quisnam esset in
quisiſtū. **L**ui vir domini respōdit: **S**er-
uus tuus sum: quē pro filio vidue vicariū
suscepisti. **C**ungs instanter ille requireret:
ut non quis iam esset: sed quis in sua ter-
ra fuisset: indicaret: atq; hoc ab eo itera-
tione frequens inquisitionis exigeret: vir
domini constrictus magnis coniuratiō-
bus iam nō valens negare quid esset: epi-
scopū se fuisse testatus est. **Q**uod posseſ-
soz eius audiēs: valde pertinuit: atq; hu-
milit obtulit: dicens: **P**ete quod vis:
quatenus ad terram tuam a me cum ma-
gno munere revertaris. **L**ui vir domini
Paulinus ait: vñ est quod mibi impe-
dere beneficiū potes: ut omnes ciuitatis
mee captiuos relaxes. **Q**ui cuncti proti-
nus in africana regiōe requisiti: cū onu-
stis frumento nauibus pro venerādi **Pau-**
lini viri satiſfactiōe: in eius comitatu la-
xati sunt. **N**ost nō multos vero dies **Bā-**
dalorū rex occubuit: et flagellū: quod ad
suas pernicie dispensante deo: et fideliū
disciplina accepērat: auisit. **I**cep⁹ faciū
est: ut omnipotens dei famulus **P**aulin⁹
vera prediceret: et qui se in seruitū solum
tradiderat: cū multis a seruitio ad liberta-
tem rediret: illū videlicet imitat⁹: qui for-
mā serui assumpsiſ: ne nos essemus serui
peccati. **L**ui⁹ sequēs vestigia **P**aulinus
ad tempus voluntarie seruus factus est so-
lus: ut esset postmodū liber cū multis.

Petrus.

Onam me audire cōtingit qđ imita-
ri non valeo: sere magis liber: qđ
aliquid dicere.

Gregorius.

Oculū etiā morte apud eius eos
cœlēs scriptū est: quia cum dolore
essz lateris tactus ad extrema per-
ductus est. **D**ungz eius offīs domus in
sua soliditate p̄sistet: cubiculū: quo fa-
cebat eger: facto terremotu contremuit
omnesq; qui illi aderāt: animo terrore cō-
cussit: siccus sancta illa anima carne soluta
est. **F**actusq; est ut magnus pauor inuade-
ret eos: qui **P**aulini morte videre potu-
issent. **S**ed quia hec quā superius dixi:
Paulini virtus valde est intimata: nunc
si placet: ad miracula exteriora veniam⁹:
que et multis iam nota sunt: et ego tā re-
ligioſoz viroꝝ relationē didici: ut de his
omnīmodo ambigere nō possim.

De sancto Johanne papa:

Capitulū. II.

Othor⁹ tempore dū **Johannes**
vir beatissimus būl⁹ Romane
ecclesiæ pontifex: ad Iustinū se-
niorem princepē pergeret: in
Corinthi partes aduenit. **L**ui necel-
se fuit ut in itipere ad sedēdū: equ⁹ requi-
ri debulset. **N**illic quidā vir nobilis au-
diens: equ⁹ in quo pro magna māsuetu-
dine eius consūt⁹ sedere cōsueuerat: ita ei
obtulit ut cū ad loca alia perueniēti apt⁹
equus potuſſz inueniri: deberet ille quē
nobilis vir vederat: proper suā coniugē
trāſmīti. **F**actusq; est: et v̄sq; ad certū locū
predictus vir equo eodē subuehente per-
ductus est. **N**isi mox ut allū repperit: il-
lum quē accepērat transmutit. **C**ungs in
eo predicti nobilis vir: coniunx: sedere ex-
mōe voluſſet: ultra nō voluit. **N**ula
post possessionē tanti pontificis: mulierē
ferre recusat. **C**epit nāq; immenso fla-
tu et tremituratq; incessantē totius corpo-
ris motu: quasi despiciēdo prodere: quia
post membra pontificis mulierē ferre non
posset. **Q**ui vir eius prudenter intuitus⁹

Beati Gregorij pape

bunc eundem venerabilem virum protinus remisit: magnus precibus petes: ut equum ipse possideret: quem iuri suo sededo dedicasset. De quo etiam illud mirabile a nostris senioribus narrari solet: quod in constantino politana urbe ad portam que vocatur aurea veniens: populorum turbis sibi occurribus in conspectu omnium roganti cecum lumen reddidit: et manu superimposita oculorum tenebras fugavit.

De sancto Agapito papa:

Capitulum. III.

Post non multum vero temporis exigente causa hostorum: vir quoque beatissimus Agapitus huius sancte Romane ecclesie pontifex: cui deo dispesante deseruo: ad Justinianum principem accessit. Cui adhuc pergebat quadam die in greciarum iam partibus curadus oblatus est mutus et claudus: qui neque villa verba ecce: neque ex terra unquam surgere valebat. Cumque huc propinqui illius scires obtulissent: vir domini sollicitate regnuit curatiolum illius haberet fidem? Cui dum in virtute dei ex auctoritate Petri: fixa salatis illius spem habere se dicentes: plenus veneratus vir orationi incubuit: et missarum solenitatem exorsus: sacrificium in conspectu dei omnipotens immolauit. Quo peracto ab altari exiit: claudi manus tenuit: atque afflisteret et aspiciente populo eum mori a terra propterea gressibus erexit. Cum ei dominicum corpus in os mitteret: illa divisa ad colloquendū lingua soluta est. Durat oest: flere pre gaudio cepitur: et mentes illico metus et reverentia invaserit: cum videlicet cerneret: que agapitus facere in virtute domini ex diutorio peri potuisse.

De Davide Mediolanensis episcopo: Cap. IIII.

Disdem quoque principis tpe cum Davide mediolanensis urbis episcopatu causis fidai exactus ad constantinopolitanam urbem pergeret: coram ibi venient. Qui dum larga domum ad hos

sputandū quereret: que comitatū illius totius serre potuisset et vix inueniret: aspergit eminus domum congruentis magnitudinis eaque sibi preparat ad hospitandum iussit. Cum eiusdem loci incole diceret: in ea hinc mannero posse. Quia multis iam annis bac dyabolus inhabitaret: atque ideo vacua remansisset: vir venerabilis Davius respödit dices: Immo ideo hospitari in domo easdem debemus: si hac spissus malignus inuisit: ab ea boim hospitatione repulit. In ea sibi ligatus parari precepit: securusque illam antiqui hostis certam: toleratur intravit. Itaque intempeste noctis silentiō cum vir dei quiesceret: antiqui hostis imensis vocibus magnis clamoribus cepit imitari rugitus leonum: boatus pecorum: cruditus, alio nox: sibilos serpentum: pororum stridores et sororium: tunc repente Davius tot bestiarum vocibus excitatus: surrexit: vehementer iratus: et contra antiquum hostem magnis cepit vocibus clamare dices: Bene tibi fugit miser. Tu ille es qui dixisti: pon sedem meā ad aquilonē: et ero summis altissimo. Ecce per superbiam tuā porcis et sororibus simili factus es: et qui imitari deū indigne voluisti. Ecce ut dignus es: bestias imitaris. Ad quam eius vocē: ut ita dicā: dectione sua spissus malignus erubuit: an non erubuit? Qui eandem domum ad exhibenda inolstra que consueuerat: ulterius non intravit. Hic postmodum fidelium habitaculum sacra est. Et dum eā vniuersitas veraciter fidelis ē gressus est: ab ea protinus medias spissas atque infidelis abscessit. Sed oportet iam ut priora raceam: ad ea que diebus nostris sunt gesta veniendū est.

De Sabino Lanusine urbis episcopo: Capitulum. V.

Sicut enim religiosi viri Appuleius: priuilegiis pluribus cogniti hoc quod apud multorum notitiam longe latet: perebuit: de Sabino Lanusine urbis epo testari solet: quod idem vir longo iam senior oculorum lumine amiserat: ita ut olim modo nil videret. Quae rex Gothorum totilla prophetie habere spiritū audiens minime

Bialogorum

eredidit: sed p̄bare studuit: qd audiuist. **Q**ui cū in eiusdem partibus deuenisset: hunc vir dñi ad prandiu rogauit. **C**ūq iam vē tū esset ad mensam: rex discubere noluit: sed ad Savini venerabilis viri dexterā se dit. **C**ū vero eidē patri puer ex more vini poculū preberet: rex stilter manū retēdit calicē abstulit: eū per se ego vice pueri p̄buit ut videret: at spū p̄udenter discers neret quis ei poculū p̄beret. **T**ūc vir dei accipieſ salicē: sed tamen ministru nō vi dēs dixit: Aliuat ipa manus. **D**e quo verbo rex letus erubuit: qd quāuis ipse dep̄bentius in viro tñ dei qd querebat inuenit. **P**uuius aut̄ venerabilis viri: cū ad exē plū vite sequentiu vita in longū seniū tra hereficius archidiacon⁹ ambitio ad ipsi scendi ep̄atus accensus: eū extingue re veneno moltitus est. **Q**ui cū vinifusoris animū corrupisset ut mixtu vinuz veneno si bi poculū preberet: refectiōis hora cū iaz vir dei ad edendū discubere: et premijs corruptus puer hoc: qd ab archidiacono eius acceperat: veneni poculum obtulit. **C**ui statim venerabilis ep̄us dixit: Bibe tu hoc: qd mihi bibendum p̄bebas. **T**rem factus puer deprehēsum se esse sentiens: maluit moriturus bibere & penas p illa tanti homicidijs culpa tolerare. **C**ūq sibi ad os calicē duceret: vir dñi copellet di cens: Non bibas: vā mibi: ego bibo: sed vade dic ei qui tibi illud vedit. **E**go quidem venenū bibo: sed tu ep̄s nō eris. **F**acto igit̄ signo crucis venenū ep̄us bibit se curus. **E**adē qd hora in loco alio quo inerat archidiacon⁹ eius defunctus est: ac si per os ep̄i ad archidiaconi viscera illa venena trāsissent. **C**ui tamen ad inferendā mortē venenū quidē corporale defuit: sed hūc in cōspectu eterni iudicis venenū sue malicie occidit.

Petrus.

Atra sunt hec & nostris valde stu penda temporibus: sed talis eius dem viri vita perhibet: vt qui eo uersationē eius agnouerit: virtutem non debeat mirari.

liber III

De Cassio Barniensis ciuitatis episcopo: **L**apitulū. VI.

Gregorius.

DEq̄ hoc Petre siles & multū nūc qui hic de Barniensi ciuitate assunt: mibi sedulo testificant. **E**odem nāq̄ horborum tempore ei prefatus rex Totila: Barnias venisset: vir vite venerabilis Cassius ei⁹ v̄bis ep̄iscopus occurrit. **C**ui quia ex cōspersione semper facies rubere colauerat hoc rex Totila non cōspersionis esse credidit: sed assidue potatiois: eūq̄ oīmodo despexit. **S**ed omnipotens deus: vt quātus vir esset: qui del p̄ciebat: ostenderet in Barniensi capo quo rex aduenerat malignus spiritus corā omni exercitu ei⁹ spartarū inuasit: eūq̄ vexare crudeliter cepit. **C**ui cū ante regis oculos ad venerandū virū Cassiliū fuisse adduct: hūc ab eo vir dñi in oratiōe facta signo crucis expulit. **C**ui in eū ingredi vltius nō p̄sumpsit. **S**icq̄ factū est vt rex barbarus seruus dei ab illo iaz die venerare ex corde: quē de specie valde iudicabat ex facie. **N**ā quia virtus tanta virtutis vidit: erga cū illa mēs effera ab elatiōis fastu detumuit.

De Andrea Fundane vrbis episcopo: **L**ap. VII.

DEd ecce dū facia fortissi v̄losus narrō: repente ad memoriam venit quid erga Andreā Fundane ciuitati ep̄iscopū diuina misericordia fecerit. **N**ā tñ ad hoc legētib⁹ vt valeat: exopto: qd̄s qui corpus suū cōtinēte dedicat: habitare ch̄ semis nō p̄iu māt: ne ruina mēti tāto repētia surripiat. **O**rto ad hoc qd male p̄cupiscit: etiā p̄ntia cōcupi te forme famulat. **H**ec res est v̄bia: quā narrō: qd pene tātē in ea testes s̄r̄ḡti & ciuitā loci būtatores existit hic nāq̄ venerabil'vir cū vitā multis plenā virū tūtib⁹ diceret: sebz sub saēdorali custodia in p̄tinētie arce custodiret. **N**ādā sancti monialē feminā quā, sebz p̄i⁹ babuerat voluit ab ep̄i sui cura repellere: sed cert⁹

de sua elusq; continetia: se cu hanc permisit habitare: ex qua re actū est ut antiqu⁹ hostis apud eius animū aditū tē iationis exquireret. Nam cepit speciē illi⁹ oculis mētis eius imprimere: vt illect⁹ nephan da cogitaret. Quādā vero die Iude⁹ q; adam ex cōpanie p̄ibus Romā veniēs apie carpebat iter. Quidā fundānī ciez perueniens: cuz iā dī vespere scere cerne ret: et quo declinare posset: minime repērit: tūctū appollinis templuz fuit. Ibiq; se ad manendū cōtulit. Qui ipsum loci illius sacrilegiū pertimescēs: quāuis fidez crucis minime haberet: signo tamē se crū eis munire curauit. Hoc autē media ipso solitudinis pauroz turbatus: pernigil facebat et repente conspiciēs: vidit malignoz spiritū turbā quasi in obsequiū custodā potentis preire. Cu vero qui ceteri praeerat: in eiusdē gremio loci confidisse. Qui cepit singulorū spirituum obsequiū sibi causas actusq; discutere: quate nus vniuersiq; quantū nequit geſiſſi: Inuentret. Cū singuli sp̄is ad inquisitiōne eius exponerēt: quid operati contra bonos fuſſent: vnu in mediū proſiliuit: qui in Andree episcopi animo per speciē sanctimoniaſis femine que in ep̄o ei⁹ habitatbat quātū tērationē carnis comouifset: aperuit. Cu vero hoc malign⁹ qui pre erat sp̄is: in blaſter audiret: et rāto sibi faciūt lucrū grāde crederet: quāto sanctio ſis viri alam ad lapſum pditionis incla ret. Ille sp̄is qui hec eadē fatebat: adiunxit q; vſq; ad hoc quoq; die pteerto veſpertina hora eius mentē traxerit vt iterga elusdem sanctimoniaſis femine blaſdens alapam daret. Tunc maignus sp̄is atq; humani generis antiquus inimicus exhortatus hunc blonde est ut perficeret qđ cepisset quātēnus ruine illius singula rem inter ceteros palmam teneret. Cu iudeus qui aduenerat: doc vigilans cerneret et magne formidinis anxietate palpitaret: ab eodem spiritu qui cunctis illie obsequientibus pteerat: iuſsum est ut req; ferent quānam eſſet ille: qui iacere in tēs plo eodem presumpſiſſet. Quē maligni ſpiritus pergentes et subtilius intuentes crucis mysterio ſignatum viderunt: mirā teſq; dixerunt. Cu ve vas vacū et ſignatum. Quibus hoc renuclatibus cuncta illa malignoz spirituum turba diſparuit. Iudeus vero qui hec viderat illico surrexit atq; ad episcopū ſub ſectatione pueſtit. Quē in ecclēſia ſua repperiēs ſeſciūt: tulit: qua tētatione vrgeretur: inquisiuit. Qui conſteri episcopus tētationem ſuam verecūdatus: noluit: cuz vero ille diceret q; in illa tali dei famula p̄auī amoris oculos inieciſſet. atq; adhuc episcopus negat: radiunxit dicens. Quare negas quod inquireris qui ad hoc vſq; vespere beſter no die perductus es ut posteriora illi⁹ ala pa ferires. Ad que nimiri verba deprehenſum ſe episcop⁹ ſentiēs humiliiter coſeffiſſus est quod prius p̄inaciter negauit. Cu ius ruine et verecūdie iſdē iudeus confulens qualiter hoc cognouifſet vel que ī cōuentu malignoz ſpirituū de eo laudis ſerū indicauit. Ad ille agnoscēſ ſe: ad terram p̄tinus in orationem dedit moxq; de ſuo habitaculo non ſolū eandē dei ſamiam: ſed omnem quoq; feminam que ī eis illic obsequio habitabat: expulit. In eos deſez vero templo appollinis beati andree apostoli repente oratoriū fecitrate ſomni illa tētatione carnis funditus caruit. Iudeum vero cuius viſione atq; increpatiōne ſalvatus est ad eternam ſalutē traxit. Nam sacramentis fideli imbutum atq; aq; baptismatis emundatū: ad ſancte ecclēſie gremitū perduxit. Sicop factum est ut hebreus iſdem dum ſaluti alienē consuluit ſet perueniret ad ſuam ut omnipotēs deus inde alterum ad bonam vitā perduceret. Vnde in bona vita alterum custodifſet.

Petrus.

R Es geſta quā audiui et metū mihi prebet et ſpem.

Gregorius.

Bisagogorum

liber III

Unus sic oportet et de deo nos semper miseratione confidere: et nostra infirmitate formidare. Ecce enim paradiſi cedruſ concuſſam audiuimur: et non euillam: quatenus infirmis nobis: et de eius concuſſione nascat timor: et de eius stabilitate fiducia.

De Constantio Aquincum ciuitatis episcopo: Cap. VIII.

Vix quoq; venerabilis vite Constantius: Aquincum ciuitatis episcopus fuit. Qui nuper predecessoris mei tempore beate memorie Johannis pape defunctus est: hunc prophetia habuisse spiritu multi testantur: qui eum familiariter scripserunt. Eius inter multa hoc ferunt religiosi veracesq; virtutem: qui plente fuerunt q; in die obitum sui causa circumstantibus clunibus: ut pote discessus pater tam amabilis amarissime plagaret: eniendo requisierunt licentes: Quem post te patrem habebim? Quibus ipso per prophetiam spiritu respondit dicens: Post Constantium mulionem: post mulionem fulonem. Tu aquina hos habes. Quibus prophete verbis editis vite spiritu exaluit extremum. Quo defuncto eius ecclesie pastore suscepit curam Andreas dyaconus illius: qui quondam in stabulis itinere cur uerba seruabat equorum: atque illo ex hac vita subducendo ad episcopatus ordinem. Iohannes accersitus est: qui in eadem urbe fuletur. Quo adhuc superstite: ita chil inhabitants ciuitatis illius: barbarorum gladiis et pestilentie imanitate vastati sunt: ut post mortem illius ne quis episcopus fuerit: nec quibus fieret inueniri potuisset. Hic itaque completa est viri dei sententia: quatenus post decessum duorum sequentium eius ecclesie pastorem minime habere ret.

De Frigidiano Lucane ciuitatis episcopo: Cap. IX.

Sed neq; hoc filea: quod narrat viro venerabili Venatio Lucensi episcopo: me ante biduum cognitum agnouisse. Lucane ec-

clesie sibi metu ppterque fuisse: mire virtutis viri Frigidiani nomine narrat episcopus: cuius hoc inopinatissimum a cunctis illis habitantibus testat memorari miraculum. Quod anseris fluvius qui iuxta illius urbem muros influebat sepe inundatione facta cursus sui aluei egressus per agros diffundit pluvierat: et quecumque lata ac plena reppererat: evenerat. Cum hoc credito fieret: et magna eiusdem loci incolas necessitas virgeret: dato studio operis eum per loca alia deriuare conati sunt. Sed quia uis diutius laborat: rauis: a proprio alveo deflecti non potuit. Tunc vir domini Frigidianus rastri sibi parvulum fecit: ad alueum fluminis accessit: et solus oratione incubuit: atque eidem fluminis precipiis ut sequitur: per loca quae ut ei visa sunt: rastri per terram traxit. Quem relicto alueo proprio tota fluminis aqua secuta est: ut funditus loci eosueti cursus desereret: et ibi sibi aliueum: ubi tacto per terram rastro vir domini signum fecerat vendicaret: et quecumque essent alienigenae hominum pro futura: sata vel platta vlera non lederet.

De Sabino Placentino episcopo qui Padum flumen per litteras suas compescuit: Cap. X.

Siis quoq; venerabilis virtutibus venatio episcopi aliud mirabile: lumen relatione cognovit: quod in Placentina urbe perhibet gestu quod vir quoq; veracissimus Iohannes in hac modo Romana ciuitate loci prefectorium servias: qui in eadem Placentina urbe est ortus: nutritus: ita ut episcopus memoratus: quia gestu fuerit: attestat. In ea namque ciuitate Sabini non fuisse assertum: mire virtutis episcopi. Cui duz dicit quadam Iohannes dyaconus nunciasset: quod cursus sui padum aluei egreditus: ecclesie agros occupasset: totaque illis loca ad nutriendum semibus pro futura: aqua eiusdem fluminis tenererat: venerabilis virte Sabini episcopus respodit dicens: Nade et dic ei. Nadauit tibi episcopus: ut te compescas: et ad ipsum aliueum redeas. Quid diaconi?

Beati Gregorij pape

eius audiens desperit et irrisit. Tunc vir dei Alcito notario dictauit vices: Habilis nus domini Iesu Christi seruus: cōmonitorii pado: precipio tibi in nomine Iesu Christi domini nostri: ut de aliaco tuo in locis istis viterius non exeat: nec terras ecclesie ledere presumas. Haec eidem notario subiuxit dicens: Nade hoc scribe: et in aqua eiusdem fluminis proisse. Quo facto sancti viri preceptum suscipiens statim se a terris ecclesie fluminis aqua praesciuit: atque ad propinum aliucum renersa exire viterius in loca eadem non precepisti. Quia in re huius quod alius quam ibe dientis hominum oritur confundit: qui in virtute Iesu et elementi irrationaliter sancti viri preceptis obediuit.

De Lerbonio Populonij episcopo: Capitulum XI.

In quoque vite venerabilis certbonius Populonij episcopus: magna dilectus nostris sanctitatis sue pbatonem dedit. Haec cum hospitalitatis studie valde esset intentus: die quadam transentes milites hospitio sufficerunt. Quos bothus supuenientibus abscondit: eorum vitam ab illo nequitia abscondendo seruauit. Quod dum botho regi perfido Cottile nunciatus fuisset: crudelitatis inumanissime vesania successus: hic ad locum qui ab loco budo viribus miliario merulis dicitur: ubi tunc ipse cum exercitu se debat: iussit duci eum in spectaculo puli vestis ad deuorandum prosciri. Tunc idem rex perfidus in ipso quoque spectaculo cōsecessit: ad ipsiendū mortis episcopi: magna populū urba confixit. Tunc episcopus dedit: in medio est: atque ad eius morte inumanissimus versus exquisitus: qui dum humana membra crudeliter carperet: seni regis animi satiaret. Dimisus itaque versus ex cauea est. Qui accessus et cōcitus episcopū petiit: sed subito sue feritatis oblitus: deflexa cervice: summissaque humiliter capite labere episcopi pedes cepit: ut patenter omnibus daret intelligi: quia erga illum virum dei et serva corda essent hominum: et quasi humana bestiarū. Tunc populus quod ad spectaculum

venerat mortis: magno clamore versus est in admirationē veneratiois: tunc ad eius reverentiam colenda rex ipse permotus est: quippe cum que superero indicio actū erat: ut qui deū sequi prius in custodiā vīta episcopi noluit: sicut ad manuētudinē bestie sequeret. Cum rei hi qui tūc presentes fuerūt: adhuc nōnulli superflunt: eaque cum omnibus populo se viduisse testantur. De quo etiaz viro aliud quoque miraculū. Genatio Lunensi epo narrante cognoui. In ea nāque populonij eccllesia: cui perat: sepulcrū preparauit. Sed cum longobardorum gens in italia veniens: cūcta vastasset: ad helbam insulā recessit. Qui ingruēte egredi donec ad mortē veniēt: clericis suis sibique obsequētibus precepit vicens: In sepulcro meo quod nubi preparauit populonij me ponite. Qui illi cū diceret: Corpus tuū illic qualiter reducere possumus: quod a longobardis teneri loca eadem et ubiq̄ eos illic discurrere scimus. Ipse respōdit: Ne ducite me securē: nolite metuere: sed festi ne sepelire me curate. Voxque ut sepultū fuerit corpus meū: ex eodem loco sub omni festinatione recedite. Defuncto igit̄ epo corpus: impoluerūt nauis. Tunc populonij tenderet: collectis in aere nubibus imensa nimis pluvia erupit. Sed ut patet: ceteris omnibus cuius virtus copius nauis illa portaret: per illud mari spaciū quod ab helba insula vīzā populonij: xij. miliarib⁹ distat: circa vīraq̄ nauis latera: pellōse valde pluvia defecit: et in nauē eandē una pluie gutta non cecidit. Peruenērūt itaque ad locū clerici: et sepulture tradiderūt corpus sacerdotis sui: cui precepta seruantes ad nauē sub festinatione reveri sunt. Quā mox ut irare potuerūt: in eundē locū ubi vir domini sepultus fuerat: longobardorum dux crudelissimus gāmatus aduenit. Ex cuius aduentu virū dei habuisse spiritū propheticē claruit: quia ministros suos a sepulture suo loco sub festinatione discedere precepit.

De Fulgentio Utriculensi episcopo: Capitulum XII.

Dialogorum

liber III

Hoc vero quod de divisa plurima factu narravi miraculū: etiā in alterius Ep̄i veneratione monstratū est. Nam quidā clericus senex: qui adhuc superest: eidē rei presto se fuisse, testāt dicens: Fulgentius ep̄ū q̄ utricolensi ecclesiē preerat: regē crudelissimū Totilā in festū ottimodo habebat. Cūq; ad eadē partē cū exercitu appro pinquasset: cure fuit ep̄o per clericos suos penia ei trāsmittere: eiusq; furorū insaniām si posset munerib; mitigare. Que ille vt vidit: p̄tinus spreuit atq; iratus: suis omnibus iussit vt cundē episcopū sub omni asperitate cōstringeret: eūq; eius examini seruaret. Qū dū ferocios Horbi ministri sc̄ crudelitatis illius tenuissent: circū dantes eū vno in loco stare p̄ceperūt: eiq; in era circulū designauerūt: extra quē p̄dē tēdere nullom auderet. Cūq; vir dei in sole nimbo effuerat: ab eisdem horbis circūdatus: et designatōe circulū inclusus: repente choruscus et tonitrua et tanta vis pluviae erupit: vt hi qui eū custodiendū accepérāt: imenitatem pluviae ferre nō possent. Et dū magna nimis inundatio fieret inter eandē designationē circulū: in qua vir dū Fulgentius stetit: nec vna quidē plus uie gutta delēcēdit. Qū regi crudelissimo nunciatiū esset: illa mens effera ad magnā eius reverentia versa est: cuius penā prius infatibili furorū sivebat. Sic oīpo tens deus cōtra elatas carnaliū mentes potentie sue miracula per despctos operat: vt qui superbe cōtra per p̄cepta veritatis se eleuant: eoꝝ ceruicē veritatis per humilliter premittunt.

De Herculano Perusino ep̄i scopo: Cap. XIII.

Dicitur ap̄er quoꝝ floridus venerabilis vite ep̄us: narravit quod dā memorabile valde miraculū dicens: *Cui sanctissimum herculanus nutritor meus Perusine ciuitatis ep̄us: fuit ex conuersatione monasterij ad sacerdotalis ordinis gratia deductus: Totile autē perfidi regis tempibus can-*

dem urbē annis septem cōtinuis Sotborum exercitus obsecrit: ex qua militiū ciuiis fugerūt: qui famis periculū ferre nō poterāt. Anno vero septuaginta finito obsecram urbē Sotborum exercitus intravit: tūc comes qui eidē exercitū p̄euerat: ad regē Totilā nūc misit exquirēt: qđ de ep̄is scopo vel populo fieri iuberet. Cui ille p̄cepit dicens: *Po prius a vertice capitis usq; ad calcaneū corrigā tolle et tūc caput eius amputa: oīm vero populi qui illiā uentus est gladio extingue.* Tūc līdē comes venerabili virū Herculani ep̄m super urbis murū deductū capite trūcauit: eiusq; cutē lam mortuū a vertice usq; ad calcaneū incident ut ex eius corpe corrigā sublata videat: mōrōz corpus illi⁹ extra muros p̄leicit. Tūc quidā humanitatis pietate cōpulsabit clūm caput ceruici ap̄ponēt: cū vno paruulo infante qui illi extinctus innētus est: uixta murū corpus ep̄i sepulture tradiderūt. Cūq; post eandē cedē die quadragesimo rex Totila iusserit: vt ciues urbis illius qui quolibz dispersi essent: ad eā sine aliquā trepidatio ne remearēt: hi qui prius fugerāt: viuēti licetē accepta reuerſi sunt. Sed cui⁹ vite eoz ep̄s cognitus fuerat memores: vbi se pulū esset corpus illi⁹ quesierunt: vt hoc iuxta honore dōbitū in ecclesiā beatī tri ap̄l̄ humarēt. Cūq; itū esset ad sepulcrū: effossa terra invenerūt corp⁹ pueri patrī humati vt pote ī die quadragesimo tabe corruptū et vermis plenū. Corpus vero ep̄i ac si dē esse sepultū: et qđ est adhuc miratiōe venerandū: qđ ita casput eius vnitū fuerat corpori: ac si nequaꝝ fuisset absens: si videlicet vt nulla vestigia sectiōis appareret. Cūq; hoc et interga verteret: exquirētē s̄ qđ signū vel de alia mōstrari incisione poruissit: ita sa nū arōz intemeratū omne corpus inuentū est: ac si nulla hoc incisio ferri tetigisset.

Petrus.

*Q*uis non obſupescat talia signa mortuox que fiunt pro excitatione viventium?

Beati

Gregorij

pape

De ysaac seruo dei.

Cap.XIII.

Gregorius.

Inioribus quoq; Sothorū tēz-
poribus fuit iuxta spolitanam
vrbe vir vite venerabilis ys-
aac nomine: qui vsq; ad extrema
pene Sothorū tēpora puenit. Quem no-
stroū multi nouerunt et maxime sacra vir-
go Gregoria que nūc in hac Romana vi-
be iuxta ecclesiā beate Marie semper vir-
ginis habitat. Que dum adolescētue sue
tēpore constitutis iam nuptijs in ecclesiā
fugisset et sanctimonialis vite conuersati-
onem quereret: ab eodē viro defensia atq;
ad eum quē desiderahat habitus: dñō pte-
gente perducta est. Que qz sponsum fu-
git in terra: habere spōnum ineruit in ce-
lo. Multa autē de eodē viro: narrāte ve-
nerabili patre Eleuthereo agnouit qui et
hūc familiariter nouerat et eius verbis vi-
ta fidem prebebat. Hie itaq; venerabilis
ysaac ortus ex Italia nō fuit: sed ea illi
narro miracula que in italia cōuersatus:
fecit. Cū primū de Syria partib; ad spo-
litanam vrbe venissem: ingressus ecclesiāz
a custodibus petiit ut sibi quantū velle:
licentia cōcederetur orandi: eumq; hoīis
secretoribus egredi non vrgerent. Qui
mox ad orandū stetit: diemq; totū q; egit ī
oratione. Cui sequentē cotinuita ac noc-
tem. scđo etiā die cū nocte subsequenti in
desessus ī precibus perficit. Diez quoq;
tertiū in oratione cōiunxit. Cūq; hoc vn?
ex custodibus suphle spiritu inflatus cer-
nere: vnde p̄ficere debuit: inde ad dese-
cius vanina peruenit. Hā bunc simulato-
rem dicere et verbo rusticō cepit h̄ipochri-
tam clamare: qui se tribus diebus et nocti-
bus orare ante oculos hominū demōstra-
ret. Qui protinus currēs virū dei alapa-
percussit ut quasi r̄ligiose vite simulator
de ecclesia cum cōtumelia exiret: sed hisce
repente vltor spiritū inuasit et ad viri dei
vestigia stravit ac per os illi clamare ce-
pit. ysaac me ejicit. Isaac me eicit vir qz;

pe peregrinus: quo censaretur nōle: ne-
sciebatur: sed eius nomē ille sp̄us pdidit
qui si ab illo possi ejici clamauit. Non
autem vt super vexati corpus vir dei in-
cubuit: malignus sp̄us: qui eū inuaderat:
abcescit. In tora vrbe tunc statim quid ī
ecclesia facū fuisse innotuit: currere viri et
femine nobiles atq; ignobiles pariter ce-
perunt certatim eū in suis rapere domi-
bus conabant. Alij ad construendū mo-
nastrū prediā: alijs pecunias: alijs substa-
dia queq; poterāt: offerre viro dei supplic-
citer volebāt: sed seruus omnipotētis do-
mini hoīi nihil accipiēs: egressus vrbe
non longe desertū locū repperit ibi sibi
humili habitaculū cōstrūit. Ad quē dū
multi pertungunt: exemplo illius: eterne vite
accendi desiderio cēperit atq; sub ei⁹ ma-
gisterio in omnipotētis se dñi seruū de-
derūt. Cumq; eā crebro discipuli humili-
ter admonecerūt vt pro vī monasterij pos-
sessions: que offerebantur: acciperet: il-
le sollicitus sive pauperrim custos fore sen-
tentiam tenebat dicēs. Monachus qui ī
terra possessionē querit: monachus nō ē.
sic quippe meruebat pauperratis sue lecu-
ritatem perdere: sic ut auari diuities folēt
perituras diuitias custodiōt. Hie itaq; p̄
phete spiritu magnisq; miraculis cūctis
longe lateq; habitantibus vita eius incla-
ruit. Hā die quadā ad vesperez ī horto
monasterij fecit iactari ferramenta que vis-
tato nos nomine vangas vocamus: dixit
itaq; discipulis suis. Tot vangas ī hor-
to projicite et citius redite. Nocte vero ea
dem dū ex more cum fratribus ad exhibē-
das laudes dñō surrexisset: precepit eis:
dicens. Ide et operarijs nostris pulmen-
tum coquite ut manu primo paratum sit.
Facto autē mane fecit deferri pulmentuz
qd parari iusslerat: atq; hortū cū fratribus
ingressus: quot vangas iactari precepit:
tot in eo laborantes operarios inuenit.
Ingressi quippe fures fuerant: sed muta-
ta mente per spiritū apprehenſerūt van-
gas: quas inuenerunt et ab ea hora qua in-
gressi sunt: quousq; vir domini ad eos ve-

niret: cuncta horti illius spacia: que i' culta fuerat: coluerunt. **Q**uib' vir dñi mox vt i' gressus est: ait. **H**audent frates: multū la borastis. lā quiescite: quib' illico alimēta que detulerat: prebuit: eosq; post tātū la boris fatigatione refecit. **S**ufficiēter aut̄ refectis ait. nolite malū facere. **N**uoties de horto aliiquid vultis ad horti aditū ve nite: trāquille petite: cū bñdictione picip̄te: t a furti prauitate cessate. **Q**uos statū collectis olerib' onusitari fecit. **A**ctusq; ē vt qui ad hortū nocituri venerār̄: cū labo ris sui premio: t repleti ab eoz innocui redirentur.

Alio quoq; tēpore accesserunt ad eū peregrini qdā misericordiaz po stulātes scissis pannis obsit. Ita vt pene nudi viderent. **C**ūq; ab eo vestimēta peterēt: eoz verba vir dñi tacit' adiunxit. qui vnū ex discipulis suis protinus silēter vocavit eis precepit: nices. Ade atq; illa silua in loco tali causa arborem requiri: t vestimenta q̄ in ea inuenieris ad me defer. **C**ūq; discipul' abiit: arborē sicut fuerat iussus req̄sivit: vestimēta rep̄perit t latēter detulit magistro. **Q**ue vir dei suscipiēs: peregrini nudi atq; petētibus ostēdit t p̄buit dices. **C**enite q̄ nudi estis: ecce tollite t vestite vos. **D**eclili inuitētes recognouerūt: que posuerant: magnōq; pudore cōsternati sunt t q̄ frau duliter vestimēta querebāt aliena: consu si receperunt sua.

Alio quoq; tēpore quidā se eis orati onib' p̄mendās: sporādūas ple nas alimētis ei p̄ puerū trāsmisit. **M**uarū vnā idē puer surripuit atq; in iti nere abscondit. vnā vero ad dei hominem detulit: t petitionē illi⁹ qui se ei p̄ xenius cōmendauerat: enarravit. **N**ā vir domi ni benignē suscipiēs: rēundē puerū admōuit dicens. **F**ratias agim⁹: sed vide spor tam quā in itinere posuisti: ne incaur⁹ tan gere presumas. quia in eā serpētus ingressus est. **A**lo ergo sollicitus ne si tollere in causis volueris: a serpēte feriatis. **Q**uib' bus verbis puer valde confusus: exulta-

uit quidē q̄ mortē euāsīt: sed tristis ad mo dicū factus ē. **Q**uis quāvis salubrem pēnam euāserit tamē p̄lit̄ verecundiā suā. **Q**ui reverēt̄ ad sporāante ac solicite attēndit: sed cā iam: sic ut vir dei predixerat: serpētus tenebat. **H**ic itaq; cū virtute abstinentiae: contēptu rerū transeuntiū: p̄phēt̄ spiritu: orationis intēctione esset in cōparabiliter preditus: vnū erat qd̄ leo reprehēsibile esse videbat: qz non unquam tanta ei leticia inerat: vt illi tot virtutib' nisi sciret esse plenus: omnimodo nō crederetur.

Petrus.

Quid nā queso te: quid nā hoc es se dicimus. Spōre sibi leticie fre na larabat. an tot virtutibus pol lens: aliquādo ad p̄fēsēs gaudiū: etiam renūtēs eius animū trahebat.

Gregorius.

Digna est petre omnipotētis deli dispeſatio: t plerūq; contingit vt quibus maiora bona prestari: que dam minora nō tribuat: vt semp eoz animus habeat. vnde se reprehēdāt quate dus dū appetit pfecti esse t nō possunt et laborāt in hoc qd̄ nō accepterūt: nec tamē elabozādo p̄eualēt: vt in his que accepta habēt: se minime extollat sed dicas q̄ ex semetip̄sīs maiora bona nō habēt: qui i' se metip̄sīs vincere parua vicia: atq; extrema nō possunt. **H**inc est enī q̄ p̄ducto do minus ad terrā p̄missionis populo: cunctos fortes atq; p̄potentes aduersarios eius extinguit: philisteos atq; cananeos reseruauit vt sicut scriptum est: in eis ex periretur israel: quia nō unq; vt dictū ē eis etiā quibus magna dona tribuit: parua quedā reprehēsibile: relinquit vt semper habeant: contra qd̄ bellum gerant et deuictis magnis hostibus mente non erigant. quādo eos adhuc aduersarij etiam minimis fatigāt. **F**it itaq; vt mīro modo yna eadem mens t virtute polleat t ex infirmitate lāguescat: quaten⁹ t ex parte cōstructa sit t ex pte se sp̄ciat esse deltru

Beati Gregorij pape

etiam ut per bonū qđ querit et habere non
valeat illud seruet humiliter: qđ habet.
Hed quid mirū qđ hoc de homine dicim⁹
quādo illa superna regio in ciuib⁹ suis
ex pte dāna pertulit ⁊ et pte fortiter stetit
ut electi angelorū sp̄s: dum alios per su
perbiā cecidisse consiperent: ipsi rāto ro
bustus: quāto humilius starent: Illi er
go regioni sua etiā detrimēta profecerūt:
quia ad eternitatis statum ex parte sue de
structionis est solidius instructa. **S**ic ergo
et in unaquaq; agitur ut humilitatis cu
stodia aliquādo ad lucra maxima ex mini
mo danno serueretur.

Petrus.

Racet qđ dicis.
De Eutycio et florentio ser
uis dei. **L**ap. XV.

Gregorius.

Dn **E**t hoc sileam qđ ex regiōe ea
dem venerabilis viri Sanctu
li presbyteri narratione cognou
i, de cuius verbis ipse non du
bitas quia eius vitā fidemq; minime ig
noras.

Eodem quoq; tēpore in vrsie pte
puincie duo viri in vita atq; bas
bitu sancte cōversationis habita
bant quorū vnu Eutycius: alter vero flo
rentius dicebatur. **H**ed idē Eutycius in
spirituali zelo atq; in feruore virtutis excr
euerat: multorūq; animas ad dēn pducere
exhortādo fatigebat. Florentius vero sim
plicitati atq; orationi dedita ducebat vi
tam. **N**ō longe autē erat monasteriū qđ
rectoris sui fuerat mox destitutus: ex quo
sibi monach⁹ eundē Eutycius pressus volu
erunt. **N**isi eoū precib⁹ acquiescēs mul
tis annis monasteriū rexit: discipulorūq;
animas in studio sancte cōversationis ex
ercuit. **N**on oratorū in quo prius habi
tauerat: soli remanere potuissent: illuc ve
nerabile virū Florentiu reliquit: in quo
dū solus habitaret: die quadā fese in ora
tionē dedit atq; ab omnipotē dōni perijt

vt ei illuc ad habitādū aliqd⁹ solatiū dona
re dignaref. qui mox vt ipleuit orationēz
oratoriū egressus: ante fores vrsūm reppe
rit stantē qui dū ad terrā caput deprime
ret: nibilq; feritatis in suis mortib⁹ demō
straret: agte dabat intelligi qđ ad virtutē
obsequiū venisſet. **N**ō vir quoq; dñi pti
nus agnouit: ⁊ qđ in eadē cella. iiii. vel. v.
pecudes remāserāt: quib⁹ oīno deerat: qđ
pascere ⁊ custodiret: eide vrsō fcepit di
cess: vade atq; oues has ad pastū eiſe ad
horā vero sextā reuerteſ. Cepit itaq; hoc
indefinēter agere: iniungebat vrsō cura pa
storis ⁊ quas māducere cōsueverat: pasce
bat oues bestia leuina. **C**ū vir dñi leuina
re volebat: ad nonā fīcipiebat vrsō eadez
hora cū ouib⁹ reuerti. **C**ū vero noluisseſ
ad sextā: in oībus itaq; mādatiſ vīri dēi
obtempabat vrsus vñneq; ad sextā iussus
redire: veniret ad nonāneq; ad 'nonā ius
sūl redire: veniret ad sextā. **C**ūq; dñi hoc
ageref cepit in loco eadē tāte virtutis fas
ma lōge lateq; crebreſcef: sed qđ antiqu⁹
hostis. vñd bonos cernit nitescere ad glo
riā: inde pueros p inuidiā rapit: ad penā
quatuor viri exdiscipulis venerabilis Eu
tycij vehemēter inuidētes qđ eorū magis
ter signa nō faceret ⁊ iſi qui fol⁹ ab eo re
lictus fuerat: rāto hoc miraculū clar⁹ ap
pareret: eundē vrsūm insidiātes occide
rūt. **C**ūq; hora qua iussus fuerat: nō redi
re vir dei Floretius suspicatus est eū re
ditur ⁊ vñq; ad horā vesp̄a expectans: a
ffligi cepit ⁊ isdē quem ex simplicitate
multa fratre vocare cōsueverat: vrsū mī
nime reuerteſ. **T**ie vero altera perrexit
ad agrū vrsūm pariter: queſoſ queſiturus
quē occiſum repperit ſed ſollicite inquiſi
rens: citius: a quib⁹ fuerat occiſus: inue
nit: tñc fese in lamentū dedit: fratru malis
ciā magis qđ vrsī mortē deplorāt. **Q**uez
venerabūs vir Eutycij ad ſe deductū cō
ſolari ſtuduit: ſed idē vir cozā eo doloris
magni ſtynulus accensus imprecatus ē di
cens. **F**pero in omnipotē deo quia in
bac vita ante oculos omnium ex ſua malis
cia vindictā recipiant: qui nihil ſe leden

Dialogorum

liber III

tem vrsus meū occiderūt. Cuius vocem protinus vltio diuina secuta est. Hā qua tuoz monachi qui eundē vrsuz occiderāt statim elephanticō morbo percussi sūt ut mēdus putrefactib⁹ interiret. Ad facū vir dei florentius velhemēter expauit segs ita fratrib⁹ maledixisset pertinuit. Om̄ni enī vite sue tēpore siebat qz exauditus fuerat: se crudelē: si in eoū morte, clama bat homicidā. Ad eccl̄o omnipotentez dñm fecissi credimus ne vir mire simplicitatis quācūlibet dolore cōmotus: intor quere vltra p̄sumeret iaculū maledictiōnis.

Petrus.

Dūnq; nāz valde graue esse credimus si fortasse cuiq; libet exagita tū ir acundia maledicamus.

Gregorius.

Gē hoc peccato cur me percunctas ris an graue sit: cū paulus dicat. Neq; maledici regnū dei posside hūnt. pensa igitur qz grauis culpa ē: que sepat a regno celestis vite.

Petrus.

Gād si homo non fortasse ex malicia: sed ex lingue incuria maledictionis verbū iaculatur in proximū.

Sapud districtū iudicē petre ocio fūs sermo reprobenditur: quanto magis & noxiū. Densia ergo qz tum sit vānabilis qui a malitia nō vacat si ille sermo penalē ē qui a bonitate yti litatis & humilitatis vacat.

Petrus.

Assentio.

Gregorius.

Sedem vir dei egit aliud quod silere non debeo. Cum enim magna eius opinio loge lateq; crebre sceret. quidam dyaconus longe posit⁹ ad eum pergere studuit vt eius le orationib⁹ bus comendareret: qui ad eius cellulam ve

nīens: omnē locū per circuitū inuenit qz numeris serpentibus plenum. Cūq; ves hementer expauefcerent: clamauit dīces. serue dei ora. Erat autem tunc mira serenitas. Egredius vero Florentius ad celū oculos & palmas tetendit vt illam pestes sic ut scire dominus auferret. ad cui⁹ vocem subito celum intonuit: atq; idē tonis truus omnes illos: qui eundē locū oculū cupauerunt: serpentes intererunt. Quos cum vir dei florentius interemptos aspis ceret: dixit. Ecce illos occidisti domine qz eos hinc levabit? Nonq; ad ḡius vocem tante aues venerunt: quanti serpentes oculūs prospicentes locū habitacionis illū mundū a serpentibus omnimodo redi diderunt.

Petrus.

Quid virtutis. quid fuisse meriti dicimus: qz eius ori tantū factus est deus proximus.

Gregorius.

Mād omnipotētis dei singula rem mundiciam atq; eius simplicem naturam multū perte humas in cordis mundicia, atq; simplicitas valet hoc ipsum nāq; quod eius famuli a terrēnis actionibus segregati: socios loqui ne sciunt & mentem per verba spargere atq; inquinare denuntant: auctoris sui pre certe ris exauditionē impetrant. Cui inquantum est possibile ipsa puritate ac simplicitate cogitationis quasi ex quadā tam similiitudine concordat. Nos autem turbis popularibus admixti: dum frequēter ociosā nōnūq; vero etiam: qz est: grauius: nōxia loquitur: os nostrū: omnipotēti deo tanto longinquus sit. quāto huic mundo proximū. Nūlūm quippe deorū duci mur: dum locutione: continua secularib⁹ admiscemur. Quod bene Isaias postquam regem dominum exercitū vidit in semetipso se reprobendit & penituit: dicens. De mibi: quia tacui: quia vir pollutus labijs ego sum: qui cur polliu

2

Beati

Gregorij

pape

ta labia haberet: non dicitur: cū subiūxit. In me-
dio populi polluta labia habētis ego ha-
bito. Pollutionē nanc̄ labioꝝ habere se
doluit: sed vnde hāc p̄traxerit indicauit:
cū in medio populi polluta labia habētis
se habitare prohibuit. Valde enim difficile
est ut lingua seculariū mentē non inqñet
quā tangit: q̄ dū plerūq; eis ad quedam
loquēda cōdescendimus paulisper asuēti
hancipaz locutionē q̄ nobis indigna est:
etia delectabiliter tenemus vt ex ea iā re-
dire nō liberat: ad quā velut ex odescensio-
ne deduci: venimus inuiti. Hicq; fit vt
ab ocoſis ad noxiam: a leuioribꝫ ad graui-
ra verba veniamus: t̄ os nostrū ab oſpo-
tente dño: tanto iā minus exaudiit in pres-
ce: quād amplius inquinat stulta locutio-
ne: q̄r sicut scriptū est. Qui auertit aureꝫ
suā ne audiat legē: oratio eius erit execra-
bilis. Quid ergo mir si postulātes tarde
a dño audiūr: q̄ precipiēt dño aut tar-
derāt nullomō audiūr. Et quid mirū
si florentius in prece sua citius est audi-
tus: q̄ in p̄ceptis suis dñm citius audiuit.

Petrus.

In p̄te rationi.

Gregorius.

Actius vero qui predicti: floren-
tius in via dñi socius fuerat: magis
post mortē claruit in virtute signo-
rū. Nam cū multa ciueſ vrbis illius de eo
soleat narrare miracula: illud tñ est preci-
pū qđ vſq; ad hec longobardoz tpa om-
nipotens deus per vestimentū illius affi-
due dignabat operari. Nam quotiēs plu-
via deuerat: et estū nimio terrā longa ſcie-
citas exurebat: collecti in vnu ciueſ vrbis
illius eius tunica leuare: atq; in cōspectu
dñi cū precibus offerre coſtuerat. Cum
qua dū per agros pergeret exorātes: re-
pēte pluuias tribuebat: que plene terrā fa-
ciare potuſſeret. Ex qua re patuit: tuis anti-
ma: quid virtutis intus: quid meriti ha-
beret cuius foris oſtēla eit vestis iram cō-
ditoris auerteret.

De Marcio monacho de mō
te Marsico. Cap XVI.

Muper quoq; in parte Capani-
vir valde venerabilis Marti-
noſer in monte Marsico solita-
riaz vitā duxit: multisq; annis
in speciū agrestissimo iclusus fuit: quē mul-
ti ex nostris nouerūt: eiūſq; actibꝫ presen-
tes exirent: de quo multa ipex beate me-
morie papa Pelagio predecessor meo &
alijs religiosissimis viris narratiſbus ag-
nouit. Cuius hoc miraculū primū fecit &
mox vi ſe in predicti mōtis foramine p̄tu-
lit: ex petra eadē que in ſemetiā cōcaua
angustiū ſpeciū fecerat: que ſilla proprie-
tate Martio dei famulo in viſu quotidiali-
no ſufficeret: nec plus aderat: ne necelli-
tati deuereret: qua in re ostēdit oſpotens de
us quātā ſui famuli curā gereret: cui ve-
tusto miraculo potum in ſolitudine ex pe-
tre duritia miſtraret. Sed antiquus ho-
stis hūani generis inimic⁹ eius virtutibꝫ
iuidens: hūc vſitata arte pellere ex eo ſpe-
ciū molitus eſt. Nam amīca ſibi bestiā fer-
pente ſez igrefiugit: hūc ab eadē habitatio-
ne eſcere factō: terrore conatus eſt. Cepit
eteni ſerpens in ſpeluncā venire ſolus cū
ſolo: eoz orāte ſe ante illū ſternere & cū cu-
bāte pariter cubare. Sed vir sanctus oſ-
no impenitus ſelus orā manū vel pedem
extēdat vices: Si licentia accepisti ut
ferias: ego nō prohibeo. Cūq; hoc quoti-
die per triennium gereret: die quādā anti-
quis hostis tāta hac eius fortitudine vi-
ctus infrenuit ſege per diuixū mōtis la-
tus in precipitiū ſerpēs dedit: oſaq; arbu-
ſta loci illiſ flāma ex ſe exētū p̄cremauit.
Qui in eo qđ montis latuſ orne cōbūſſe
cogente oſpotens deo mōſtrare cōpulſus
eſt: quātē virtutis fuerat: q̄ victus abſce-
debat. Perpēde queſo: iſte vir dñi qui in
montis vertice ſteit: qui cū ſerpente per
triennium iacuit ſecurus.

Allitu paneo.

Gregorius.

Viriste vite venerabilis inclusiois
fue tēpe primo decreuerat: vt vlt
tra mulierē non videret: nō qz af
pernabat sexū: sed ex cōtemplata spē tem
ptatiōis incurrere metuebat vicium. Qd
quedā mulier audīs: audacter ascendit
montē: atqz ad eius specū impudēter pro
rupt. At ille paulo longi intuens: et ve
nientis ad se mulieribz indumenta conspi
ciens: sese in orationē dedit: in terrā faciē
depliit: et eosqz pistratus iacuit: quo im
pudens mulier a fenestra cellulē illi⁹ fati
tigata recederet. Que die eodem mox vt
de mōte descendit: vitā finiuit: vt ex mor
tis eius sentētia darec intelligi: qz valde
oīpotēti deo displicuit qz eius famulū au
su improbō cōtristauit.

Mlio quoqz ipse dū multi ad hunc
religiosa devotioē concurrerēt: at
qz arta esset semita: que in deuexo
mōtis latere ad eius cellulā pperātes du
cebat. Duer parvulus incaute gradiens
ex codē monte cecidit: et vqz ad vallē cor
ruit que sub mōte eodē sita quasi in pfun
do conficīt. In loco quippe eodē tanta
mons ipse altitudine excreuit: vt arbusta
ingentia que ex eadē vallē pdeūt: ex mo
te aspiciētibus quasi fructea esse videan
tur. Perturbati itaqz sūt cūcti qui venie
bāt: summaqz cura questis est: scibū cor
pos elapsi pueri potuissūt inueniri. Quis
enī, aliud nisi extintū crederet: quis vel
corpus ad terrā integrī peruenisse suspi
caret? Duz interpositis vbiqz scopulis in
partibus discripi potuiss. Sed requisi
tus puer in vallē inuētus est: non solū vi
uus: sed etiā incolumis. Tūc cunctis pa
tentē innotuit: qz ideo ledī nō poruit: qz
būc i casu suo Marti⁹ oratio portauit. In
specū vero illius magna desup rupes enī
nebat: que cū ex parte exigua monti video
re affixa: marti⁹ celle pminens casuz suū
quotidie: et illius interitū ruitura minaba
tur: ad hūc Mascalor illustris vir armen
tarij nepos cū magna rusticoz multitudi
ne veniens precabāt: vt vir dei de specū
eodē dignaret exire: quatenus ipse ruitus
ram rupem ex monte potuisset euellere:
atqz in specū suo dei famulus iam secnr⁹
habitaret. Cūqz hūc vir dei nequaqz ac
quiesceret: ei quod posset vt faceret prece
pit: qz ipse in celle remotiori se parte cōtu
lit. Si tamē moles rueret: dubiū nō erat
qz simul et specū destrueret: et Marti⁹ ne
caret. Itaqz dum ea que venerat multitu
do conaref: si posset sine periculo viri dei
ingens illud qz desuper incubuerat saxū
leuare: cūctis videntibus repēte res val
de admirabilis contigit: quia moles ipsa
quā conabant euellere: subito ab eisdē la
boratibus euulsa: ne spelunce Marti⁹ re
ctū tangeret saltū dedit: et quasi serui dei
lesionē fugiens lōgius cecidit. Quod ad
iussum omnipotēti dei angelico ministre
rio actū intelligit: qui diuina prouidētia
disponi omnia fideliter credit. Hic cū pris
us se in eundē montē cōtulit: nec dū clau
so specū habitans: catheba sibi ferrea pes
dem ligauit: etaqz lasso ex parte altera affl
xit: ne ei vltra liceret: pgrediv: quā cathe
na eiūdē quantitas tendebat. Quod vir
vite venerabilis Benedictus audiēs: cu
ius superius memorā feci: ei per discipu
lum suū mandare curauit. Si seruus dei
es: nō te teneat catheba ferri: sed catheba
xpi. Ad quā vocem Marti⁹ p̄tinus eiū
dem compēdē soluit: sed nunqz postmos
dum solutū tetendit pedē vltra locū quo
hūc tendere ligati confueuerat: atqz in tā
to se spacio sine catheba cohercuit: in qn
tū et ante ligatus māsit. Qui duz se post
modū in eiusdē loci specū cōclusisset. Les
pit etiā discipulos habere: qui ab ei⁹ spe
cu seorsum habitātes ad vsum vite: aquā
de putoe haurire cōsueuerāt. Sed fumis
in quo ad hauriendā aquā situla depēdes
bat: cerebro rumpēbāt. Unde factuz est vt
eandē catheba quā ex pede suo vir domi
ni soluerat: eius discipuli peterēt: eamqz
fumi adiūgerent: atqz in illam situlā ligaz
rent. Ex quo iam tempe cōtigit vt idē fum
nis tingerebāt aquā: et nullo modo rumpē
ret. Quia enī catheba viri dei fumis ille
contigit: ipse quoqz ad tolerandā aquam

Beati Gregorij pape

lat fidelē credimus fuisse: carne domin⁹
fuscauit. Pauli vero fuscauit in mente.
E quidem post resurrectionē carnis de
Lazari virtutibus taceat: sed post resurrec
tionē anime capere nostra infirmitas nō
valet: quāta in sacro eloq⁹ de Pauli vir
tutibus dicuntur: qđ illius crudelissime co
gitationes ad pietatis molia cōuerse sunt
visera: qđ mori cupit p̄ fratribus: in quo
tū prius more gaudebat: qđ plenus om̄
nis scripture sc̄ientia nil se sc̄ire iudicat: ni
si xp̄m Iesum h̄ic crucifixū: quod p̄ xpo
virgo libēter cedet: qđ gladij infsequen
tis: quod apostolat⁹ honore sublimis est.
Sed tamē sponte parvulus in medio di
scipulorū quod ad celi terrij secreta ducit:
et tamen mēris oculū per cōpassionē reſle
ctit ad dispensandū cubile coniugatorū: di
cens uxori vir debitu reddat et uxori viro:
quod admisceat in contemplatiōe certibus
angelorū: et tamen nō aspernat cogitare:
atq; disponere facta carnalitū: qđ gaudet
in infirmitatibus: sibiq; in stūnelijs pla
cerat: qđ ei vivere xp̄s est et mori lucrū: qđ to
tū iam extra carnē est hocip̄m: qđ vituit in
carne. Ecce qualiter vituit qui ab inferno
mēris ad vitā pietatis rediit. Minus est
ergo quēpiam in carne fuscauit: nisi forte
per viuificationē carnis ad vitā reducat
mentis: ut ei hoc agatur per exteriū mis
curalū: quatenus conuersus inter ius
viuiscetur.

De Benedicto monach o: Capitulū. XVIII.

Petrus.

V Alde Infra credidi hoc qđ mo
do qđ sit incōparabiliter superi
us agnouit. Sed queso cepta p
sequere ut dum tempus vacat:
sine edificatio e hora non transeat.

Gregorius.

F Rater quidā meū est in monaste
rio cōuersatus: in scriptura sacra
studiosissimus: qui me etate prei
bat: et ex multis que nesciebat: me edifica
re cōsueverat. Hui⁹ itaq; narratiōe didi

ci: qđ fuit quidā in campanie partibus in
tra quadragesimū Romane vrbis milia
rū: nomine Benedictus: qui quidē eta
te iuuenis: sed morib⁹ grādeuus et in san
cte cōuersatōis regula se fortiter stringēs
Quē Tortile regis tempore cum tortili
repperissent: p̄ic incendere cum sua cella
moliti sunt. Ignē nāq; posuerūt: sed in
circūtu arsererūt omnia. Cella vero illius
ignē cōburi non potuit. Quod videntes
tortili magisq; se uidentes: atq; h̄ic ex suo
habitaculo trahētes: nō longe aspexerūt
successū clibanū: qui coquēdū panibus
parabat: eūq; in illo piecerūt: clibanūq;
clauerūt. Sed die altero ita illesus inuen
tus est: vt non solū eius caro ab ignib⁹:
sed neq; extrema vllomō cremareñ.

Petrus.

A Atiquū trium puerorū miraculū
audio: qui proiecti in ignib⁹ le
si non sunt.

Gregorius.

I Und ut opinor miraculū ex pars
te aliqua dissimiliter gestum est.
Tunc quippe tres pueri ligatis
pedib⁹ ac manib⁹ in igne proiecti sunt:
quos die altera rex requiret: in camino
illesis vestibus deambulantes repperit.
Ex qua re colligit: quia ignis in quo ias
ciati fnerat: qui eoz vestimenta nō conti
git: teo vincula cōsumpsit: vt vno eodes
q; tempore in obsequio iustorū haberet flā
ma virtutē suam ad solatū et nō haberet
ad tormentum.

C De Ecclesia beati Zenonis
martyris: in qua aque vltra por
tam apertā inundates minime
intrauerūt: Cap. XIX:

A Ic tam antiquo miraculo die
bus nostris res similis ex cons
trario evenit elemento. Nam
nuper Johānes tribunus rela
tiōe sua me docuit: qđ Brunolfus comes
cū illico adcessit: se cum rege Aribario co
rpe in loco eod: ubi mira res 2ngit: afful

Dialogorum

ferri in se fortitudinem traxit.

Petrus.

Et Acta hec placent: quia mira sunt et multū recentia.
De Abdonacho ex monte argenteo: qui mortuū suscitauit: **C**apitulū. XVII.

Gregorius.

Dicitur modo temporibus quidā vir Quadragesim⁹ nomine **Qu**arentine ecclesie subdyaconus fuit: qui omni suarum gregē palcare in eiusdem Aurelia partibus solebat: cuius valde veracis viri narratiōe res mira innotuit: que secreto fuerat gesta. Is namq; ut prediximus: dū gregis sui in Aurelia curā gereret: in diebus eisdem vir fuit e monte qui Argentarius vocat: venerabilis vite qui habitū monachiz: quē preten-debat specie: moribus explebat. Dic itaq; ad ecclesiā beati Petri apostolorū principis ab eodem monte Argentario annis singulis venire cōsueverat: atq; ad hunc quē predixi Quadragesimū subdyaconē sicut ipse narravit: hospitiatris gratia de clinabat. Quadā vero die dum eius hospitiū: quod nō longe ab ecclesia aberat: cōfresserat: cuiusdā pauperculē mulieris māritus iuxta defunctus est. Quē ex more lotū: vestimentis induitū: et sabono cōstric-tum: superueniente vespere sepelire ne quisuerit. Igitur iuxta defuncti corpus vi-duata mulier sedit: que in magnis fierib; noctem ducens: cōtinuis lamentoz vocis bus satissaciebat dolori. Cunq; hoc diu-tius fieret et flere mulier nullomodo cessa-ret: vir dei: qui receptus hospitio fuerat: Quadragesimū subdyacono cōpunctus ait: Dolori hui⁹ mulieris anima mea cō-patit: rogo: surge et oremus. Perreixerunt ligie viri q; ad vicinam ecclesiā: sese pariter in orationē dederunt. Cunq; diutius orasent completere orationē Quadragesimū subdyaconū seruus dei petiit. Quia completa ab altaris crepidine puluerem

liber

III

collegit: atq; cū eodem Quadragesimo ad defuncti corpus accessit: sēc; ibidez in orationē dedit. Cunq; diutius orasset: iā non: sicut prius fecerat: orationē comple-re cū subdyacono voluit: sed ipse benedictionem dedit: statuimus surrexit. Et quia manu dextera puluerē collectū gestabat: sinistra palliū: quo facies defuncti velabatur: abstulit. Quod cū mulier fieri cerne-ret: cōtradicere vehementer cepit et mirari quid vellat facere. Ablatu itaq; pallio diu de eo: quē colligerat puluerē: defuncti faciem fricauit. Cunq; diutius fricare tur: recepit animā: oscitauit: oculos aper-ruit: sēc; eleuans redit: quid erga se agere: miratus est: ac si de grauissimo fōno fuisset excitatus. Quod cū mulier la-mentis fatigata consiperet: cepit ex gau-dio magis flere: et voces amplius edere. Quā vir dominū modesta prohibitiōe cō-pelcuit: dicens: Tace tace: sed si quis te requirerit: qualiter factū sit: hoc solūmo-do dic: quia dominus Iesus xp̄us opera sua fecit. Dixit hoc atq; eius hospitio cpi-uit Quadragesimū subdyaconū protin⁹ reliquit: et in loco eodem ultra nō compa-ruit. Temporale namq; honorem fugiēs egit ut ab his: quibus visus in tanta virsute fuerat: nunquā iam in hac vita video-retur.

Petrus.

Quid alij sentiant ignorō. Ego au-tem pre cōictis miraculis hoc pos-tius existimo esse miraculū: q; ad vitā mortui redunt: eozq; anime ad car-nem ex occulto reuocant.

Gregorius.

Si visibilita attēdimus: necesse est vt credamus. Si vero inuisibilita penitus inimici cōstat quia ma-ius est miraculū: predicationis verbo atq; orationis solatio peccatorē conuertere: q; carne mortuū suscitare. In isto enim resu-scita caro ite p; moritura. in illis vero ani-ma in eternū victura. Cum enim propono duos: in quo horū existimas maius fore fa-cū virtute miraculū: Lazarū quippe quē

Beati

Gregorij

pape

se: etiamq; cognouisse testat. **P**redictus tribunus narravit: dicēs: quia ante hoc ferre quinquenniū quādō apud hāc Romanā vrbē alueū suū thibie egressus est: tantuq; crescēs ut eius vnde sup muros vrbis influeret. atq; in ea maximas regiones occuparet: apud Heronēsem vrbem fluui? **A**thesis ex crescē: ad beati Lenonis martyris atq; pontificis ecclesiam venit. **C**uius ecclie dū essent ianue aperte aqua in eā minime intravit: que paulisq; crescēs vscq; ad fenestras ecclie: q; erant tectis prime: peruenit: sicq; stans aqua ecclie ianuā clausit ac si illud elementuz liquido in soliditatē parietis fuisse mutantum. **L**ucē essent multi interius inventi: sed aquarū magnitudine oīe ecclie circūdara: qua possent egredi: nō haberent. ibiq; se siti ac fame deficere formidarent: ad ecclie ianuā veniebāt: ad bibendum bauriebāt aquā que vt predixi vscq; ad fenestras excrerebat et tamē intra eccliesiam nullomodo diffliuebat. **H**aeriri itaq; vt aqua poterat: sed diffliuere vt aqua nō poterat. **S**iās autē ante ianuā ad ostendendū cunoris meritū martyris et aqua erat adiutoriū et quasi aqua nō erat ad innundēdum locū. **D**e ego antiquo antedicti ignis miracula vere predixi non fuisse diffimile qui triū puerū et vestimenta nō contigit et vincula incendit.

De Stephano presbytero pūncie Valerie: cui: quia famulo suo negligenter loquebatur ad extrahendas caligas dyaboli obediuit. **L**ap. XX.

Petrus.

Dra sunt valde sanctorū facta que narras et presenti infirmitate hominū vehemēter stupēda. Sed q; rātos nup in Italia fuisse audio admirāde virtutis viros: nos se velim si nulla eos contigit antiqui hostis insidiās prulisse: et ex insidiās proficisse.

Gregorius.

Gīne labore certaminis nō est palma victorie. **I**nde ergo victores sunt: nisi q; cōtra antique hostis insidiās decertauerūt. **V**align⁹ q̄ppē spiritus cogitationi locutioni atq; opī nostre semp insitū si fortasse quid iuenerat. vnde apud examen eterni iudicis accusator exstat. **N**is etenī nosse qūo ad decipienduz semp assistat.

Gregorius.

Ovidā qui nūc nobiscū sūt: rē quā q; narro testanq; vir vite venerabilis Stephan⁹ noīe Galerie pūncie presbyter huius nostri Bonifacij dyaconi atq; dispelatorie ecclie agnitio ne primus. Qui quadaz die de sitimere domū regressus: mācipio suo negligēter loquēs p̄cepit: dicēs. **E**nī dyaboli dissalcia me. **A**d cui⁹ voce mox ceperunt se caligarū corige in sumā velocitate dissoluere vt a gte cōstaret q; ei ipse qui nomis tus fuerat: ad extrahendas caligas dyaboli obediuit. **A**d morū vt presbyter vidit vehemēter expauit: magnisq; vocib⁹ clamarē cepit: dicēs. **R**ecede miser: recede: nō enī tibis sed mācipio meo locut⁹ sum. **A**d cui⁹ voce primus ita vt inuete sūt: magna lā ex p̄e dissolute corrigē remāserūt. **Q**ua in re collige: antiquis hostis q; taz presto ē factis corporalibus q; nimis insidijs nostris cogitationibus insitāt.

De puella cōuersa cuius solo imperio homo ē a demone liberatus. **L**ap. XXI.

Petrus.

Laboriosum ē valde atq; terrible cōtra inimici insidiās semper intēdere et cōtinue quasi in acie stare.

Gregorius.

Laboriosuz nō erit si custodiā nostra: nō nobis: s; gratie supne tribuimus: ita tamen vt et ipsi q; tum

possimus: sub protectione dei vigilemus
*S*i autem antiquus hostis a mente ceperit expelli: ex diuina largitate plerumque agit non ut solus tam timeri non debeat: sed ipse etiam bene viventium virtute terreatur. *R*ei namque quam narro vir sanctissimus Eleutherius senex pater cuius memorias superi feci: testis extitit mihi quod hoc intimare curauit quod in Spoleto urbe puella quedam tam nubilis cuiusdam primaria filia celestis vire desiderio exarist: eisq; pat' resistere ad viam vite conatus est. Sed concepto patre conuersationis habitum suscepit. Quia ex recte est ut ea pater sue substantie exhibet faceret: nubilos ei aliud nisi sex vniuersitatis possit stuncle largiret. Eius vero exemplo prouocate cepiterit apud eam multe nobilioris generis puerle conuerti atque omnipotenti domino dicata virginitate seruit. *Q*uadam vero die idem Eleutherius abbas vir vite venerabilis ad eam gratia exhortationis atque edificationis accesserat et cum ea de verbo dei colloquens fedebat. Cum repente ex eodem fundo quem in sex vniuersitis a patre perceperat: eum xenio rusticus venit. *Q*ui dum ante eos afflisteret: maligno spiritu corruptus cecidit fatigatus nimis stri doribus atque balabut. *C*epit. *T*unc sancta monialis femina surrexit atque irato vultu magnis clamoribus impauit: dicens. *E*xi ab eo miser. *E*xi ab eo miser. *A*nd cuius volumen mox per vexati dyabolus rendit: dicens: et si de isto exeo in quem intrabo. *C*asum autem iuxta porcus puulus pascebatur. *T*unc sanctimonialis femina pcepit: dicens. *E*xi ab eo et in hunc porcu ingredere. *Q*ui statim de bole exiit porcu quem iussus fuerat iuasit: occidit et recessit.

Petrus.

*E*lim nosse si saltus porci cocede: re spiritui imido debuit.

Gregorius.

*P*roposita regula nostre actioni sunt facia veritatis. Ipsi etenim redemptori nostro a legione: que homines tenebant: dictum est. Si ejus nos: mitte nos

in gregem porcorum. *Q*ui haec ab homine expulit: et in porcos ire eosque iabyssum mittere coecessit. *E*x qua re etiam hoc colligit quod absque processione oportet de nullam maligamus spiritus contra hominem preter habeat: quod in porcos irratur non potuit nisi punitus. *M*ulier ergo nos necesse est: spiritu subdit: cui omnia subiectum in vita re tanta nostra hostibus potestiores simus quanto cum auctore omnium unum efficimur per humilitatem.

*D*e presbytero provincie Valeriae qui furere ad sepulchrum suum teuit:

*C*ap. XXII.
*V*id autem miru si electi quicunque in carne positi multa facere mirabilius potuerint: quoque ipsa quoque officia mortua plerisque in multis miraculis uiuunt. In valerio namque provinciae res est hec gesta: quam narro nihilque biennio misericordia abbatis mei valerionis relatione cognita. *I*bi etenim quidam venerabilis sacerdos erat: qui cum clericis suis dei laudibus hominis opibus intentus sancte conuersationis vitam ducebat. *S*ugueniente autem vocatio die defunctorum est atque ante ecclesiam sepultus. *E*idem vero ecclesie caule inberbis atque omnes tendentes prius erat. *Q*uadam autem non certe cum clericis intra ecclesiam pialiteribus survenisser: ut ingressus caulas furtum faceret veruecum tulit: et coccum existit. *C*um vero peruenisset ad locum ubi vir dominus sepultus erat: repente hebetus et gressum mouere non potuit. Veruecum quidem de collo depositus: eiusdem dicitur mittere voluit: sed manu laxare non valuit. *L*epit igitur stare miser cum preda sua reus et ligatus. volebat veruecum dimittere nec vacabat: egredi cum veruecum nec poterat. *M*irum modum itaque fuit quod in viuis videri rite muerat: hunc mortuus tenebat. *C*um itaque gressus manus illius fuissent obstrictae: et mobilis constituit. Facto autem mane expletis: et laudibus dei ab ecclesia egressi sunt clerici et iuenerunt ignotum hominem veruecum tenetem manu. res ventis in publico utrum veruecum tolleret an offerret. *S*ed culpere certum

Beati Gregorij pape

indicauit penā mirati omēs qz ingressus
fur viri dei merito ad pdā suā stabat ligas
tus. Qui se p eo p̄tinus ī orationē dede
rū. siqz p̄ibus vix obtinere valuerunt
vt qz res eoz venerat rāge: salte vacu⁹ ex
ire miceret. Itaqz fur qui diu steterat cu⁹
preda captiu⁹. qnqz exiit vacu⁹, z liber.

Petrus.

Aparet quāte sit sup nos dulce
dinus oipotēs de⁹: cui⁹ erga nos
sunt tam iucunda miracula.

De abbe prenestine mōtis
eiusqz presbytero. **La. XXIII.**

Gregorius.

Prenestine vrbiā mōs p̄minet: z
quo beati petri apostoli monaste
riū sitū est: vīrozū dei quorū relati
one adhuc ī monasterio positū audisse me
cōtigit magnū: hoc qd narro miraculum.
qd eiusdē monasterij monachi se nosse te
stabant. In eo nācī monasterio fuit: pater
vite venerabilis qui quendā monachum
nutries: vīqz ad reuerēdos prouexit mo
res. Līqz enī in timore dñi videret exces
uisse: in eodē sibi monasterio tūc presbyte
rū fecit ordinari. Cui post ordinatiōne su
am qz nō longe abesse: eius exitus qz re
uelatiōne indicari ē. A predicto autē pa
tre monasterij petiū quaten⁹ ei pcederet.
et sibi sepulchrū pararet. Cui ille r̄ndit.
Ante tū quidē ego moritur⁹ sum: s̄ tū va
de: r̄ sic ut p̄spre sepulchrū tuū: receſ
sit igl̄z r̄ p̄gauit. Cū nō post multos dī
es senex pater febre p̄uenetus ad extrema
guenit. atqz assilient presbytero iussit: di
cens. In tuo sepulchrō me pone. Līqz il
le diceret scis qz ego modo secutur⁹ sum:
vtrolqz caper nō potest: abbas p̄tin⁹ re
spondit. ita facit dixi qz sepulchrū tuū
ābos nos capit. Defunct⁹ itaqz est atqz ī
sepulchrō eodē: qd sibi presbyter paraue
rat: positus. Dux quoqz r̄ presbyterū cor
poz languor secutus ē. Quo languore
crescēt cūtius presbyter vitā finiuit. Līqz
ad sepulchrū qd sibi ipse parauerat.
corpus illius fūsset a fratribus deporta

tū: aperto codez sepulchrō viderūt oēs q
ad eront: locum nō esse vbi ponit potuifset
qz corp⁹ patris monasterij qd illic an pos
sū uerat: omne illud sepulchrū tenebat
Līqz frates qui presbyteri corpus detu
lerāt: factā sibi sepeliē di difficultatē vide
rent. vn⁹ eoz exclamauit: dicēs. E pat
vbi est qd dixisti qz sepulchrū istud: abos
vos caper. Ad cuius vocē subito cunctis
vidētibus abbatis corp⁹ qd ille ante po
stū fuerat r̄ supinū incebat: se vertit in la
tere r̄ vacante sepulchri locū ad sepeliē
dū presbyteri corpus prebuit r̄ qz vtros
qz ille locus caper: sicut viuus p̄miserae
mortuus impluit. Sed qz hoc qd predic
xi apud prenestinā vrbel in beati Petri
apostoli monasterio gesti est. Tis ne alia
quid etiā in bac vrbe de eius ecclie cu
stodib⁹ vbi sacratissimū corpus illius est
positum audire.

Petrus.

Molo atqz id vī fiat magnope de
precor. **D**e Theodoro ecclie sancti
Petri apostoli vrbis Rome mā
sonario. **Cap. XXIII.**

Gregorius.

Mhuc suspūnt qui Theodorū
eius ecclie custode nouerūt
cuius narratiōne innoutit res q
ei contigit r̄valde memorabilis
qz quadā nocte dū citius ad melioranda
iuxta ianuā lumina surrexisser. ex more li
gneis gradib⁹ sub lāpade positus stabat r̄
lampadis resoubat lumen. Cum repente
beatus petrus apostolus in stola candida
deorum in pavimento constitutus eis dixit.
Colliberte quare citius surrexisti quo dī
cro ab oculis alpiciētis euanuit. Sed tan
tis in eī panox irruit ut tota in illo corpo
ris virtus desiceret r̄ per dies multos de
stratu suo surgere nō valeret. Qua in re
quid idē beat⁹ apostolus seruictibus sibi
voluit nisi presentiā sui respect⁹ offendes
re: qz quicquid pro eius veneratiōne age

Bia~~logorum~~

gerent ipse hoc p mercede retributionis
fine intermissione semp videret.

Petrus.

Ahi hoc nō tā appetet mīnū quia
visus est: sed qz is qui eū vidit: cū
sanus esset egrotauit.

Gregorius.

Quid super hac re miraris petre.
Numqd nā mēti excedit qz cū Da
niel xp̄b̄ta magnā illā ac terribi
lē visione vidit: etiā visione tremuit
ptinus adiungit: ego elangui: et egrotai
ui p dies plurimos. Faro enī ea que sune
spūe: capē nō valer: et icirco nōnūqz cū
mēno humana vtra se ad videndū ducit
necessē est ut hoc carneū vasculū: qz fer
re talētē pondē nō valer: infirme.

Petrus.

Scrupulū cogitationis mee aper
ta ratio dissoluit.

De Abundio mansionario ec
clesie sancti Petri *[La. XXV.]*

Gregorius.

Allius illic nō ante longa tpa
sicut nostri seniores referunt: cu
cū custos eccl̄esie Abundius dicit
est magne humilitatis atqz gra
uitatis vir ita omnipotēti deo fideliter ser
uiens ut idē beatus Pet̄r̄ apostolus sig
nis ostēderet: quantā de illo haberet esti
mationē. Hāc quēdā puella paralitica
in ei⁹ eccl̄esia pmanēs manib⁹ reperit: et vis
solutis renib⁹ corp⁹ per terram traheret:
diuqz ab eodē beato Petro apostolo pe
ceret et sanari mereret: nocte quadā ei p
visionē astigit et dixit. Nade ad Abundiū
mansionariū et roga illū atqz ipse tibi salu
tē restituet. Cūqz illa de tātā visione cer
ta esset: sed quis esset Abundius: ignoras
ret: cepti hoc illucqz p eccl̄esie loca se tra
here ut quis esset Abundi⁹: inuestigaret.
Qui repēte ipse factus ē obūtā quē querē
bat eos dixit. Ego te pater indica mīhi
quis est Abundius custos. Qui ille respō

liber III

dit. Ego sum. At illa inquit pastor: et mi
tritor nōt beatus Petrus apostol⁹ ad
te me misit vt ab infirmitate illa liberare
me debeas. Cui ille respōdit. Si ab ipso
missa es surge manusqz ei⁹ tenuit: et cā i sta
tum suū ptinus erexit. Sicqz ex illa hora
oēs in eius corpore nervi ac mēbra solidi
ta sunt: vt solutionis illius signa vlt̄ri⁹
nulla reemannerēt. Sed si cuncta que i ei⁹
ecclesia gesta cognouim⁹: euoluere conas
mīrū: ab oīm iam pculdubio narratiōē cō
cessimus. Unde necesse est vt ad moder
nos patres quoī vita per italie pūncias
claruit: narratio se nostra retorqueat.

De Adena monacho solitario.

[Cap. XXVI.]

Aper in samia prouincia qui
dam venerabilis vir Menas
nomine solitaria vīta ducebat:
qui nostrorū multis cognitus
ante hoc fere est decennium defunctus.
De cuius operis narratione vnum aucto
rem nō infero. Qz pene tot mīhi in eius
vita testes sunt quōt samia prouinciam
souverunt. Dic itaqz nihil ad vsum suum
aliud nisi pauca apī vascula possidebat.
Huic cum longobardus quidā in eidem
apibus rapinā voluisset ingerere: pri⁹ ab
eodem viro verbo correptus est: et mox p
malignum spiritū ante eius vestigia ve
xatus. Qua ex re factus est vt sicut apud
omnes incolas ita etiā apud eandem bar
baram gentē eius celebre nomen habere
tur nullusqz vltra presumere eius cellul
am nisi humiliis intrare. Sepe vero ex vi
cina silua-venientes vīscapes eius come
dere conabantur: quos ille deprehensos fe
rula: quā portare marxi consueuerat: ces
debat. ante cuius verba imanissime bestie
rugiebant et fugiebant et que gladios for
midare vix poterant: ex eius manu ictus
ferule pertinecebant. Huius studiū fuit
nihil in hoc mundo habere: nihil querere.
omēs qz ad se charitati cā veniebāt: ad
eterne vite desideria accēdere. Si quans

f. 2

Beati

Gregorij

pape

do autem quorsilibet culpas agnosceret: nunq ab increpat iōe pa receret: sed amoris igne succensus: fludebat in eis vehe menter per linguā seuire. **Conseruandū** vero vicini vel longe positi: eiusdē loci ac cole fecerūt: vt diebus certis per ebdomadā vnuquisq; ei oblationes suas trāsimūt teretvnt eset q; ipē ad se venientibus offerre potueret. **Quodā** vero tempore possit for quidā **Carterius** nomine in mūdo desi derlo deuictus: quandā sc̄imoniālē semi nā rapuit: sibiq; illicito mīmonio dixit q; mox vt vir dñi cognouit: ei per q; posuit: que fuerat dignus audire: mandauit. **Cunq;** ille sceleris sui cōscia tuneret: at q; ad virū dei accedere nequaq; presume ret: ne forte hūc aspere: vt delinquentes fo lebar: increparet: fecit oblatiōes suas cal inter oblatiōes aliorū misit: vt etus mune ra saltē nesciendo susciperet. **Sed cū** coram eo fuissent oblatiōes omnū depo rante: vir dei tacit? sedīt: sigillat? omnes cōsi derare studuit: tōes als eligēs atq; seco sum ponēs: oblatiōes quas idem Carterius trāsimiserat: cognouit per sp̄itu: sp̄ze uit q; ablecit occens: **Ite** tō dicit et: obla tionē suam omnipotēti deo tulisti: tō mibi tuas oblatiōes transmittis. **Ego** oblatiō nem tuā non accipio: quia suam abstulisti deo. **Quia** ex re factū est vt presentes quos q; magnus timor inuaderet: cū vir domi ni tā scienter de absentibus indicarer.

Petrus.

Multos horū suspicor martyrium subire potuisse: si eos tempus per secutiōis inuenisset.

Gregorius.

Duo sunt Petre martyrij genera vnu in occulto: alter q; in publico. Nam tō persecutio deest exte rius: martyrij meritū in occulto est: cum virtus ad passionē p̄mpta flagrat in anfa. Quia enī esse possit tō sine aperta passiōe martyriū: testat in euangelio dñs: qui zebdei filijs adhuc p̄e infirmitate mentis maiora sessionis loca querentibus dicit: **Potestis** bibere calicē q; ego bibitur?

sum? **Cui** videlicet: cū responderet: Pos sumus. **Tut** vtrifq; Calicē quidē meū bi betis: federe autē ad dexterā meā vel ad sinistrā non est meū dare vobis: quid autē calicis nomē nisi passiōis poculū signat? **Et cū** nimrū conster: q; Jacobus in pas sione occubuit: **Jobānes** vero in pace ecclie queuit incūntanter: colligūt esse tō si ne aperta passiōe martyriū: quando tō ille calicē dñi bibere dictus est: qui ex persecutiōe mortuus nō est. **H**e his autē talibus tantisq; viris quoq; superius memoriā fe ci: cur dicamus q; si persecutiōis tempus extitisset: martyres esse potuerint: qui oc culte antiqui hostis insidiā tolerātes: usq; in hoc mūdo ad uertarios diligētes: cāctis carnalib; desideriis resistētes: per hoc q; se omnipotēti deo in corde macia uerūt: etiā pacis tempe martyres fūrūt: dū nostrū modo tib; viles quoq; tō se cularis vite personas de q;bus nū celestis glorie p̄sumi posse videbas: orta occasiōe cōgit ad martyrij coronas peruenisse.

De quadraginta rusticis qui pro eo q; carnes imolatiāias co medere noluerūt: a lōgobardis occisi sunt: **Cap. XXVII.**

Ram ante hos fere annos quin decim sicut bi testat: qui inter esse potuerūt: quadraginta ru stici a lōgobardis captiū carnes imolatiāias coi edere cōpellebant. **N**ul cū valde resisterent: tō cōtingere cibū sacri legū nollent: cepere longobardi: qui eos tenerāt: nisi imolata comederet: mox eis minari. **A** illi eternā potius vitā q; presentē ac trāistoriā diligētes: firmiter perstiterūt: atq; in sua cōstantia simul omnes occisi sunt. **Q**uid itaq; isti nisi veritatis martyres fuerūt: qui ne vetitū come dendo: conditorē suū offendere: elegerūt gladiis vitam finire.

De multitudine captiuorum q; peo q; caput capre adorare no luerūt occisi sūt: **Cap. XXVIII.**

Bialogorum

liber

III

Hocdem quoq; tēpore duz fere.
xl. captiuos altos longobardi
teniuerunt more suo immolaue
runt caput capre dyabolo. hoc
el p circuitū currētes. t carmine, nefando
dēdicātes. Lūc illud ipsi p̄ subnissis
ceruicib⁹ adorarēt: eos quoq; quos cepe-
rāt: hoc adozare pariter cōpellabāt. Sed
ex eisdē captiuis maxia multitudine magis
eligēs moriēdo ad vitā imortalē tendere
¶ adorādo vitā mortalē renere: obtēmpe-
rare iussis sacrilegus noluit t ceruicē quā
semper creatori flexerat: creature inclinare
contēpsit. vñ factum est vt hostes qui eos
ceperāt graui iracūdī accēsi: cūctos gla-
diis interficerēt: pos in errore suo p̄cī-
pes nō haberēt. Quid ergo mirū si erum
pēte p̄secutiōis tpe illi martyres esse, po-
tuissent qui in ipa quoq; pace ecclēsie se
metipso semper afflīgētes angustā marty-
rii tenuerūt viā. qñ ingruēte p̄secutionis
articulo. hi etiam ineruerūt martyrii pal-
mas accipere: qui i pace ecclēsie latae hu-
iis seculi vias sequi videbant. Nec tamē
hoc qd̄ de eisdē electis dicimus viris: de
cūctis iā quasi in regula tenem⁹. Hā cum
p̄secutionis apte tēpus irruit: sicut pleris
q; martyriū subire possunt. q; esse in pace
ecclēsie despīcabilēs vident. ita nōnūq;
in debilitatis formidinē corruunt qui in pa-
ce ecclēsie p̄t⁹ fortiter stare videbant. H̄i
eos de quib⁹ p̄dixim⁹: fieri martyres po-
tuisse fidēter fatemur: q; hoc iā ex eoz si-
ne colligim⁹. Cader ei nec in apta p̄secu-
tione poterāt h̄i de quibus cōstat quia t
vīc̄ ad finem vite, in occulta animi virtu-
te perstiterunt.

De Arriano episcopo cecato:

Lap. XXIX.

Petrus.

Asseris ita est. Sed super in-
dignos nos diuine misericor-
die disp̄sationē miroz. Quia
longobardū feūciā ita mode-
ratur vt eoz sacerdotes sacrilegos qui es-
se se fidelū quasi victores vidēt: orthodo-

xorū fidē p̄sequi minime permittat.

Gregorius.

Hoc petre facere plerumq; conati
sunt: sed eoz feūciā miracula su-
perna restiterūt. Ande vñ narrō
qd̄ per Bonifaciū monasterij mei monas-
chū: qui vīc̄ ante quadriennū cī longo-
bardis fuit: radhuc āte tridiū agnouit. Lūc
ad Spoletanā vrbe longobardorū episco-
pus sc̄z Arrian⁹ venisset i locuz illis vbi
solēnia agerent: nō haberet: cepit ab eius
cūtitus Episcopo ecclēsiā petere: quam
suo errori dedicaret. ¶ dū valde Episco-
pus negaret. idē qui venerat Arrian⁹ be-
ati Pauli apostoli illie ecclēsia comin⁹ si-
tam se die altero violēter intratrūt. profes-
sus est. Qd̄ eiusdē ecclēsie custos audiēs
festinus ecurrit: ecclēsiā clausit: seris mu-
niuit. Facto autē vespe lampades oēs ex
tinxit: fecit in interiorib⁹ abfōdit. In ipso
autē subsequētis lucis crepusculo Arria-
nus episcopus collecta multitudine adue-
nit: clausis ecclēsiae lanuac effringere pa-
ratus: sed repente cūcte simili porte diuia-
nitus concusse habectio longius seris ap-
pete sunt atq; cum magno sonitu oīa ecclē-
sie claustra patuerūt effuso desuper lumi-
ne omēs que extincte fuerant lampades ac-
cense sunt. Arrianus vero episcop⁹ q; vīz
facturus aduenierat: subita cecitate p̄cūs-
sus est. atq; alienis lani manib⁹ ad suum
habitaculū reductus. Qd̄ dū longobardī
in eadē regione positi omēs agnoscerēt:
nequaq; vltierius presumperūt catholica
loca temerare. Miro enī modo res gesit
est: vt quia etiudē Arriani clause lampadēs
in ecclēsia beati Pauli fuerant extin-
cte: vno eodēq; tēpore vt ipse lumen p̄de-
ret t in ecclēsia lumen redire.

De Arrianorū ecclēsia que in
Romana vrbe catholica cōsecre-
tione dedicata est. La. XXX.

Ed neq; hoc sileā q; ad etiudē
Arriane heresos damnationē
in hac quoq; vrbe āte biennū

f3

Beati Gregorij pape

pietas superna monstrauit. Ex his quippe que narro aliud populus agnouit: aliud autem sacerdos et custodes ecclesie, se audisse et vidisse testantur. Arrianorum ecclesia in regione urbis huius quod Subura dicitur cum clausa vix ante biennium remansisset: placuit ut in fide carbolica introductis illis beati Stephanus et sancte Agathe martyrum reliquijs dedicari debuisset. Quod factum est. Nam cum magna populi multitudine venientes atque omnipotenti domino laudes canentes eandem ecclesiam ingressi sumus.

Cum in ea iam missarum solenita celebrarentur et pre eiusdem loci angustia populi se turba compremiseret: quidam ex his qui extra sacramentum stabant porci subito intra suos pedes hoc illucque discurrere senserunt. Quem duos vniuersitatis sentirent et iuxta sestantibus indicaret: idem porcus ecclesie ianuas petiit et omnes per quos transiit admirationes comovit: led videri a nullo potuit quia unius sentire potuisse. Sed circa dominica pleia ostendit ut canticis patesceret quia de loco eodem inundus habitator exiret. Diversa igitur celebratio missarum recessim. Sed adhuc nocte eadem magnus in eiusdem ecclesie tectis strepitus factus est: ac si in eis aliquis errando discurreret. Sed quenam autem nocte grauior sonitus excruevit: ac subito tanto terrore insonuit ac si omnis illa ecclesia a fundamentis fuisse eversa et peritius recessit: et nulla illuc ultra inquietudo antiqui hostium apparuit. Sed per terroris sonitum quem fecit: innovuit a loco quem diu tenuerat: quia coactus exhibat.

Post paucos vero dies in magna serenitate aeris super altare eiusdem ecclesie nubes celitus descendit suorum illud velamine operuit. Omnesque ecclesia tanto terrore ac suavitatis odore repleuit: ut paternibus ianuis nullus illuc prelumeret intrare. Sacerdos quoque et custodes et hi qui ad celebrazam missarum solenitatem venerantur: rem videbant: ingredi minime poterant: et suavitatem mirifici odoris trahabant. Die vero alio cum in ea lampades sine lumine pendebant: emisso diuinitus lumine sunt accensis.

se. Post paucos iterum dies expletis missarum solenitatibus extinctis lampadibus cunctis ex eadem ecclesia egressis post paulum lucem intravit et lampa deo quas extinctas reliquerat: lucentes repperit. Quas negligenter extinxisse se credens: eas iam sollicitus extinxit: et exiens ecclesiastis clausit. Sed post horarum trium spaciis regressus: lucentes lampades: quas extinxerat: itez acceusas inuenit ut videlicet ex ipso lumine aperte claresceret: quia locus ille a te nebris ad lucem venisset.

Petrus.

Et si in magnis sumis tribulationibus positi quia tamquam a conditore nostro non sumus omnino despecti: testantur ea que audio eius stupenda miracula.

De Hermigildo rege Liuigildi Quisigothorum regis filio profide catholica ab eodem patre suo occiso: **(Cap. XXXI.)**

Gregorius.

Quamvis sola que in italia gesta sunt narrare decreverim. His ne tamquam ut pro ostendenda eiusdem arriane heresies damnatione transleamus verbo ad hispanias atque inde per Africam ad Italiam redeam.

Petrus.

Autem quo libet: nam letus ducor: letus reducor.

Gregorius.

Sicut multorum qui ab hispaniarum gentibus veniunt: relatione cognovimus: nuper Hermigildus rex Libigildi regis Quisigothorum filius ab arriana heresi ad catholicam fidem viro reverentissimo Leandro Spoletanum Episcopo dudu mihi in amicis suis familiariter iuncto predicante conuersus est. Quem pater Arrianus ut ad eandem heresim rediret et premis suadere: et minus terrere conatus est. Cuius ille con-

Dialogorum

stantissime respōderet nunq̄ se veram fā
dem posse relinquere: quā semel agnouis-
set: rātus pater eū priuauit regno redi-
ct̄ expoliavit omnibus. Cūq̄ nec sic vir-
tute mentis illius emollire valuisset: ar-
ta illū custodia concludēt: collū manūsc̄
illius ferro ligauit. Cepit itaq̄ isdē **H**er-
migildus rex iuuenis terrenū regnum de-
spicere: et fortī desiderio celeste querens.
in clitīs vinculatus iacēt: omnipotenti
deo ad confortandū se preces effundere:
tantq̄ sublimis gloria transeuntis mū-
di despicer q̄to: et religatus agnouerat
nil fuisse qđ potuerit aūteri. Superueni-
ente autē pascalis festiuitatis die intēpe-
ste noctis silentio ad eū perfidū pater **A**r-
rianus episcopū misit: vt ex eius manu la-
crlige cōfessionis cōmunionis percipe-
ret atq̄ per hoc, ad patris gratiam, redire
mereret. Sed vir deo deditus **A**rianus
episcopo venienti exprobzauit vt debuit:
eiusq; a se perfidia dignis increpationib;
repulit. Quia et si exterioruſ iacebat ligat^{ur}
apud se tamen in magnō mentis culmine
stabat securus. Ad se itaq̄ reuerso episco-
po **A**rianus pater infremuit statim suos
apparitores misit qui constantissimū
confessore dei illius: vbi lacebat: occideret
qđ faciūt est. Nam mox ut ingressi sunt:
securi cerebri eius infringentes vitā co-
poris abstulerunt: hocq; in eo valuerunt
perimere. qđ ipsum quoq; qui perempt^{us}
est: in se cōstiterat desperisse. Sed p̄ ostē-
denda vera eius gloria superna quoq; nō
defuere miracula. Nam cepit in nocturno
silentio psalmodiū cantus ad corpus eius
dem regis et martyris audiri. atq; idō ves-
taciter regis quia et martyris. Quidā eis
am ferunt qđ illic nocturno tēpore accen-
se lampades apparetant. unde et factum
est quatenus corpus illius ut videlicet mar-
tyris iure a cunctis fidelibus venerari de-
būsset. Dater vero cōnotus p̄nia perfis-
sus et patricida hoc fecisse se voluit nec ta-
men vloz ad obtinendam. salutem perti-
muit. Nam quia vera esset catholica fides
agnouit: sed gentis sue timore perterrit^{us}

liber III

ad hanc perueniri non meruit. Ansors
egritudine ad extrema perductus est. et
Leandro episcopo quem prius vebemē-
ter affixerat Richardum regē filiū: quē
in sua heresi relinquebat: cōmendare eas
rauit: vt in ipso quoq; talia faceret: quas
lia et in fratre illius suis exhortationibus
fecisset. qui cōmendatione completa de-
functus est. Post cuius mortem **R**ichar-
dus rex non patreꝝ perfidū sed fratre mar-
tyrem loquens ab **A**rianis hereticos pra-
uitate cōueritus est. Totā quoq; **H**uius
gothorum gentē ita ad veram perdixit fi-
den: vt nullum in suo regno militare per-
mitteret qui regni dei hostis existere per
hereticaz prauitatem non timeret. Nec mi-
rum qđ vere fidei predicator factus est: qđ
frater est martyris cuius hunc quoq; mes-
rita adiuuante vt ad omnipotentis dei gre-
mīum taz multos reducat. Quia in re cō-
siderandum nobis est quia totum hoc agi
nequaq; possit si **H**ermigildus rex p̄ ves-
titate mortuus no fuisse. Nam sicut scri-
ptum est nisi granū frumenti cōdens ī ter-
ram mortuū fuerit: ipsum solum manet. Si
autem mortuū fuerit multum fructum aī-
fert. Hoc fieri videmus in membris qđ fa-
ctum scimus in capite in **H**uius gothorūz
gentē etenim unus mortuus est vt multi
vivrent. Et dum unum granum fidelis-
ter cecidit: ad obtinendam fidem animaz
seges multa surrexit.

Petrus.

Res mira et nostris stupenda tem-
poribus.
De episcopis Africanis qui
pro defensione catholice fidei
abscissis ab **A**rianis **V**uādalo-
rum linguis nullum locutionis
solite sustinuere dispendium.

Capi. XXXII.

Gregorius.

¶ 4

Beati

Gregorii

pape

Tertianus quoq[ue] Augusti tem
poribus dū contra catholicos
fidem exorta a Vandalo perie
cuto Arrani in Africā vehe
menter insaniret: quidā in defensione
veritatis ep̄i fortiter persistebat. Quos ad me
diū deductos; Vandaloꝝ rēxos verbis
ac muneribus ad perfidiam flectere nō va
lens: rōmētis frangere posse se creditit.
Nam cū eis in t̄pā defensione veritatis si
lentiū indiceret: nec tamen ip̄i cōtra perf
idam taceret: ne tacendo forsitan p̄fessisse
videren: raptus in furore: eoz ligas ab
scindi radicis precepit. Res mira et mul
tis nota senioribus: q[ui] ita p[ro] defensione ve
ritatis etiam sine lingua loquebantur sicut
prius loqui per linguā p̄suerāt.

Petrus.

Orandu valde et vehementer stu
pendum.

Gregorius.

Scriptum p̄dere est de unigenito
summi patris in principio erat ver
bū: et verbum erat apud deū: et de
us erat verbum. De cuius etiā virtute sub
iungit. Anna per ip̄m facta sunt. Quid
igit mirarunt: si verba edere sine lingua po
tuit verbum q[ui] fecit linguā.

Petrus.

Placet quod dicas.

Gregorius.

RItaq[ue] tempore profugi ad Costan
tinopolitanā urbem venerunt eosq[ue]
tpe: quo pro explendis responsis
ecclesiæ ad principē ip̄e transmissus fu^rz
seniorē quend m ep̄m repperit: qui se ad
huc eorū ora sine linguis loquētia vidisse
testabat ita ut aperto ore clamaret. Ecce
videte: quia lingua nō habemus q[ui] loqui
mur. Videbat enī a respiciētibus ut fere
bat abscessis radicis linguis: quasi quod
dam baratru patebat in gutture: et tamen
ore vacuo plena ad integrā verba forma
ban̄. Quoꝝ illic unus in luxuriā lapsus
moꝝ pruatus est dono miraculi recto vi
delicet omnipotētis dei iudicio: vi qui car

nis continentia seruare neglexerat: sine
lingua carnea nō haberet verba veritatis
Sed hec nos pro arrime heresios tam
natōe dixisse sufficiat. Huc ad ea que nu
per in italia gesta sunt signa redeamus.

Celestherio seruo dei:

Cap. XXXIII.

Fautē cuius superius memo
riā feci Eleutherius pater: mo
nasterij beati enāgelistae Dar
ci: qd̄ in Spolitane vrbis po
merijs sitū est: diu meū est in hac vrbe in
meo monasterio cōversatus: ubiq[ue] defun
ctus est. Quē sui discipuli reserbarū or
do mortuū suscitasse. Vir autē tante sum
plicitatis erat et confiunctio[n]is: ut subiū
nō esset q[ui] ille lachryme ex tā humili sum
plicis mente edite apud omnipotentē dō
minū multa obtinere potuissent. Cui⁹ ego
aliquod miraculū narrabo: qd̄ inquisitus
nubilū simpliciter et ip̄e fatebat. Quadam
nāq[ue] die dū iter carperet: factō vespere cū
ad secundū locū decesserit: in monasteriū
virginū deuenit. In quo quidā puer par
vulus erat: quī malignus sp̄ritus omni
nocte vexare colueverat. Sed sanctimoniales
femine vt virū dei suscepserūt: cū et
rogauerūt dicentes: Tēcū pater hac nos
ce puer iste maneat. Quē ipse benigne
suscepserūt: secūq[ue] euz nocte eadē lacere per
misit. Factō autē mane ceperūt sanctimoniales
femine eundē patrē vigilanter in
quirere sīquid ei puer: quē dederat: nocte
eadē fecisset. Qui miratus cur ita requi
serēt: respondit: Nihil. Cū illi eiusdem
pueri innoverūt causam: et qd̄ malignus
sp̄ritus nulla ab eo nocte recederet in
cauerūt sūmōpere postulat̄: vt hūc seū
ad monasteriū tolleret. Quia tā vexatio
nē illius videre ip̄e non possent. Consen
sit senex: pueꝝ ad monasteriū duxit. Qui
cū multo tempore in monasterio fuisset: at
q[ui] ad hūc antiquus hostis accedere minis
me p̄sumpserit: eiusdē senis anim⁹ de sa
lute pueri imoderatus per leticiā tactus
est. Nam corā positis fratrib⁹ dixit. Fra
tres: dyabolus sibi cū illis sororibus ioca

Dialogorum

liber III

bat. **P**er vero ubi ad sernos dei ventus est: ad hunc puerum accedere non presumpsit. Postquam vocem hora eadem ac momento idem puer: coram cunctis fratribus dyabolum te inuidet exasperatus est: quo viso senex se protinus in lamentum dedit. Quemadmodum lugentem diu fratres consolari voluisse: respondit dicens: Credite mihi: quod in nullius vestrum oratione hodie panis ingreditur: nisi puer iste a demonio fuerit erexit? **L**ucis le in oratione cum cunctis fratribus struit: et eos quod oratio est: quoniamque puer a veritate et fanta tus est: ut ad hunc malignum spiritum accederet diu sum vltius non haberet.

Petrus.

Obedo quia hec elatio parva surripuerit: eius discipulos omnipotens deus facti illius esse voluntates adiutores.

Gregorius.

Ita est nam pondus miraculi solus portare non potuit: dividit hoc cù fratribus et portavit. **V**ui? **v**iri oratio quādū virtutis est: in membris expertus sum. Nam cù quādū tempore in monasterio positus: incisionē vitalium patet: crebrusque angustijs per horum momenta ad exitū propinquarē: quē medici molestia greco: loquio syncopin vocat: et nō si me frequenter fratres cibo reficerēt: vita lībi spiritus funditus intercedi videtur. **T**ascalis superuenit dies: et cù in sacratis sumo iabbaro in quo omnes et parvuli pueri leiuant: ego leiuare nō possem: cepi plus meroe quam infirmitate deficerere. **G**ed tristis animus consilium citius inuenit ut eum dem virū dei secreto in oratoriū duceret. **F**ūcos peterē: quatenus mibi ut die illo ad leiuandum virtus daref: suis apud omnipotentem dominum precibus obtineret: quod et faciū est. Nam mox ut oratoriū ingressus fuit: humiliter se cù lachrymis in oratione dedit: et post paululum completa oratione existit: et ad vocē benedictiōis illius virtute tantā meus stomachus acceptit: et miseri funditus a memoria tolleret cibis et erigendo. **C**epi mirari quis esset: quod sue

rism: quia et cù ad animū redibat infirmitas: nihil in me ex his: que meminerāt: re cognoscere cebā. **C**unq; in dispensatiōne monasterij mens occupata fuisset: obliuiscerat funditus eruditus me. **S**i vero: ut predixi: rediret erigendo ad memoriam: cù tam fortē me esse sentirē: mirabar si nā comedisset qui ad vesperā veniens: tandem te me fortitudinis inueni: et si voluisse: ieiunium usq; ad diem alterū trāsserre potuissim. **H**icq; factū est ut in me probaret: ea etiā de illo vera esse: quibus ipse minime interfuissem.

De generibus compunctionis: Capitulū. XXXIII.

Petrus.

Quia eundē virū magne compunctionis fuisse dixisti: ipaz lachrymarū vīn largius addiscere curio. **A**nde queso: ut quod sunt genera compunctionis: mihi edisceras.

Gregorius.

